Ve
1878
4 X 137 5211

ÆTERNO ANNUENTE NUMIME
THESES HASCE INAUGURALES
DE

# PROCESSUS
# ORDINE IN FORO

PRÆSERTIM SAXONICO OBSER-
VANDO

Ex Decreto Ampliſsimi in inclytâ
hac Academiâ Collegii Juridici
conſcriptas
*Conſenſu Ejusdem*
PRÆSIDE
*Viro Nobiliſsimo, Ampliſsimo, Conſultiſsimo, ac Excellentiſsimo,*

## DN. GOTTFRIDO SUEVO,

J.U.D. & P.P. famigeratiſsimo, Curiæ Electora-
lis, Facultatis Juridicæ, inq; Luſatiâ inferiori judicij Pro-
vincialis Aſſeſſore graviſsimo,
*Præceptore atq; Patrono ſuo æviternùm devenerando*
Pro ſummo in utroq; Jure gradu obtinendo
*publicæ eruditorum cenſuræ ſubmittit*

## GOTTFRIEDT zur HORST/

Curiæ Electoral. & Conſiſtor. Eccleſiaſt. Adv. Ord.
*Ad diem 13. Septembr. horis ante & pomeridianis*
In Auditorio Majori.

Typis JOHANNIS RöHNERI Academ. Typogr.
*ANNO M DC LV.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
1.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0001-4

11

*Quod DEUS Ter Optimus Maximus fortunet!*

QUas fatigationes, curas, diſpendia, nec non alias perplurimas ærumnas, ſecum trahere poſſint iniquæ lites, & injuſta litigia, diu ſatis animadverſum eſt. Et, qui poſſet ulli arridere injuſta illa litium forenſium ſuſceptio, impia protelatio, damnatave inſontis Partis divexatio? Aſt nec hodiè receſſerunt omnes de litium injuſtè ſuſceptarum diuturnitate, erogandorum ſumptuum & expenſarum nimiâ copioſitate, & ejus generis alijs incommoditatibus, ſatis anxiæ querelæ. Perterritos etiam his memini quosdam, eosq; non raros, adeò, ut jus ſuum indiſcuſſum penitus relinquere maluerint, quâm in foro experiri. Qua de re, cum impræſentiarum de ordine proceſſus (præſertim in foro Saxonico) pauculas Theſes propoſiturus, & rem mihi quotidiè magis perſcrutandam juſſu JCti. Pauli *in L. legavi Titio 25. in pr. D. de lib. leg.* quodammodo plenius attacturus ſim, brevibus præmittã: Quam Chriſtianum ac licitũ, quamq; proficuum, aut certè minus damnoſũ ſit, cauſam juſtam in forum deducere, & jus ſuum, ceſſante amicabili compoſitione, proceſſu etiam ordinario perſequi. Remoras inſimul averruncabo, quas, molientibus tale, ut plurimum inhærere videmus. Dehinc ordine recenſebo, quomodo cauſæ, in foro præ-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0003-5

ſertim noſtro Saxonico, proponi, tractari, & ventilari ſoleant, debeantq́;. In omnibus, à taxatâ illâ verborum prolixitate, nec non allegationum cumulatione, abſtinebo. Unum autem vel alterum Authorem, aut textum Jurium Civilium, Canonicorum, aut Saxonicorum, in terminis quod dicitur, ſeu argumenti causâ allegaſſe ſufficiet. Tu, omnium Advocatorum Patrone altiſsime, qui cauſam totius humani generis coram ſummo illo tribunali dicis, & ab æterno dixiſti, quem ſolum, uti totius vitæ meæ, ita omnium mearum, quas in ſtudio & praxi navavi hactenus, & in poſterum navabo, operarum ducem & directorem veneror unicum, quo ſine nec cõcipere valeo, quod juſtum eſt, inſtrue me, ut & hac vice quod molior, ad nominis tui gloriam, proximiq́; emolumentum feliciter peragam: Adeſto ô JESU CHRISTE. Adeſto!

THESIS I.

Litigium itaq́; forenſe ſuſcipere, ſeu Proceſſum Iuris ordiri, non ſolum bono Civi licet, ſed nec conſcientiæ hominis Chriſtiani adverſum eſt.

*De lite in genere.*

§. 1. Litigium forenſe, vel etiam litem, ſecundum generaliorem acceptionem, dico omnem illam controverſiam de re quapiam inter aliquos apud Judicem inſtitutam. Sic *in §. 1. Inſt. de pœn. temer. litig. l. ult §. fin. D. de pignorat. act. l. cauſas vel lites* 16. *C. de tranſact. l. 2. D. judicat ſolvi & paſſim*, litis vocula adeò generaliter accipitur, ut omnem actum, litis etiam conteſtationem præcedentem involvat. Quo in ſignificatu Reus etiam, ante litem conteſtatam, ex lite dimitti dicitur, *Carpz. lib. 3. reſp. 38. n. 12.* Item *in auth. litigioſa C. de litigioſ.* lis in realibus mota judicatur, adverſario citato, & petitione propoſitâ, nec non

*l. litis*

*l. litis nomen 36. D. de V. S.* omnis actio, ſive in rem, ſive in perſonã ſit, ſubauditur. Quamvis enim non ignorem, in ſpecialiori ſignificatione litis initium tum demum dici, cum lis conteſtatur, *l. un. C. de litis conteſt.* & inſtantia jam inchoata, ſeu judiciũ cœptum eſt, *c. forus 10 X. de verb. ſignif. l. unic. C. ut intr. cert. temp.* Non tamen ſub hac theſi litis vocabulum eam patitur reſtrictionem.

§. 2. Quocunq; autem nomine veniat illa diſceptatio, quam partes invicem in judicio ab initio usq; ad finem fovent, illam ipſam tamen inſtituere, diſcutereq; licet, ſiquidem DEUS ipſe judicia ordinavit, ut lites, quas poſt Adæ lapſum inter nos quotidianas novit, ſecundum Juſtitiæ dictamen, ſopiantur, *Deut. 1. verſ. 9 juncto verſ. 19. & 22. Eſaia 1. verſ. 17. ibi quærite judicium, Rom. 13. verſ. 1. & ſeqq. 1. Petr. 2. verſ. 13. & ſeqq.* Et, quod probè notandum, Chriſtus forenſium litium curſum nec impediri *Luc. 12. verſ. 14.* nec abrumpi, ſed, causâ prius cognitâ, â judice competẽti, (quò & criminales remiſit. *Joh 8. verſ. 11.*) per ſententiam dirimi volebat. Quis itaq; Ethnico crudelior, vitam, famam, & bona ſua adverſariorum lacerationibus & invaſionibus exponeret? Quis non ad Judicium, ceu oppreſſorum præſidium, *l. denunciamus vobis 5. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* confugere mallet? Quis fateri ambiret, benè conſtitutam Rempublicam proceſsibus, ad reprimendas injurias, obtinendumve id, quod juſtum eſt, minus, ac fortalitijs & prælijs ad profligandos hoſtiũ incurſus, carere poſſe? *l. advocati 14. C. de advoc. diverſ. judicior.* Nolim tamen hoc ipſo cuiquam perſvadere, ut amicabilem compoſitionem repudiet, proximo per proceſſum Judiciarium noceat, ipſum divexet, decipiat, & veritatem ſupprimat, rancorem in corde foveat, aut de re levi proceſſum ſuſcipiat. Hæc enim omnia prohibet Chriſtus *Matt. 5. verſ. 40. & Paul. 1. Corint. 6. verſ. 7. junctis aliquot ſeqq.* Hoc ſaltem eſt, quod contra communes, uſum ab abuſu non diſcernentium, querelas, nec raras cavillationes hîc contendo: Nempe, non omnes indifferenter proceſsus, aut diſceptationes legitimas, *l. 3. C. de judic.* ſtatim incurrere illam Chriſti & Apoſtoli animadverſionem, Ex quo enim Adæ lapſus litium ſcintillam poſuit, MEUM ve & TUUM conſti-

conſtitutum eſt, non poſſunt non eſſe lites, etiam ipſius Chriſti præſagio, ad finem usq; mundi.

§. 3. Corruit itaq; omne, quod in contrarium adfertur: Licet enim eventus ſit dubius *Carpz. JP. Conſiſt. l 3. def. 4. num.* 1 *& ſeqq*: ut causâ maximè bonâ exiſtente, Advocato etiam patrocinium ſummâ induſtriâ præſtante, ſententia nihilominus à Judice iniqua, *l. 1. verſ. Prætor. quoq; D. de juſt. & Jur. l. 1. inpr. D. de Appell.* aut ex imperitiâ, *l qui cum major.* 14. *§ ſi tamen* 4. *D. de bon. libert.* non rarò & ob ſordes, *l filiusfamilias* 15 *§.* 1. *D. de judic.* injuſta feratur, animadvertente hoc *Petr. Heig p.* 1. *q.* 12. *n* 55. *& aliis.* Nec ideò tamen omnes intermittendi ſunt proceſſus, quin potius ſuſpenſivis remedijs obviandum *Carpz. lib. 3. reſp* 98. *n.* 4. Licet porrò ambo litigantes in uno eodemque actionis puncto, vel capite, ſimul juſtam cauſam fovere nequeant; poteſt tamen Actor juſtè petere, Reus è contra legitimum fori declinandi, dilationis petendæ, vel alterius cujusdam exceptionis proponendæ fundamentum habere: Licet etiam uterque litigantium obtinere nequeat, ac proinde unus illorum injuſtitiam ſectari videatur, rurſus tamen, præſuppoſitis præſupponendis, abſurdum non eſt, Actorem quidem juſtè petijſſe, Reum autem fundatâ quadam exceptione, juſtæ in cæteris petitioni, aliquid detraxiſſe, vel ad minimum adeò ſpecioſam excipiendi cauſam foviſſe, ut, niſi toto diſcuſſo negotio, cui victoria debeatur, dijudicari non potuerit: Licet denique cauſa propter inevitabilia impedimenta diutius quodammodo protrahatur, & maximus ac deteſtabilis non rarò ſubmiſceatur abuſus, nec ideò tamen omnis uſus exulare debet.

§. 4. Quin potius litigantes ſacra Συνάξει uti & poſſe, & debere, conſilio B. Lutheri & Theologorum Roſtochienſium, cum *Carpz. JP. Conſiſt. l. 2. def. 88. Baldw. lib. 2. c. 12. caſ. conſc* 4. Nec non lite inter Confesſionarium & Parochianum pendente, huic concedendum eſſe, ut alibi abſolutionem petat, intrepidus ſtatuo.

## THESIS II.

Qui autem Proceſſu Judiciario experiri vult, cauſæ Patronum eligat juris ſatis peritum, ac pro-

probum, cum quo intentionis ſuæ fundamenta accuratiſsimè examinet, de ſumptibus etiam neceſſarijs in tempore proſpiciat.

*De Advocatis.*

§. 1. Cum bona cauſa diligenti indigeat Advocato, qui & cauſidicus dicitur *l. 2. C. de adv. 1. & l. 7. in pr. C. de poſt.* ne lis malè inſtituatur *l. ſi ſuperatus 9. D. de pign. & hyp.* Ideò litigaturus Juriſperitum patronum, quaſi patrem, adſciſcere debet. Quamvis enim Advocatis haud liceat ſe ipſos ingerere, *l. 2. ibi deſiderantibus C. de poſtul. l. petitionem 13. ibi petentibus C. de advoc. 1.* Tantum tamen abeſt, ut partes litigantes ijs carere, ut potius coram quovis judice tam ordinario, quam delegato, aut arbitro *l. 1. §. poſtulare D. de poſt.* non rarò plures *l. 7. C. de poſt.* excepto Judicio Camerali *Ord. Cam. p. 1. tit. 19. in pr.* aſſiſtere, imò carentibus ex officio *c. 1. X. de offic. jud. l. 1. §. ait prætor. 4. D. de poſt. l. nec quicquam 9. §. advoc 5. D. de offic. procon.* L. O. H. G. O. *tit.* Eyd des *Advocat*en der Armen/ W. H. G. O. *tit.* von den *Procurat*orn/ *Appell.* O. *tit.* von *Advocat*en der Armen/ etiam inviti *l. providendum 7. C. de poſt. Ord. Cam p. 1. t. 19. in fin.* & ab utraque parte, quantum fieri poteſt, in ſtudio & diligentiâ pares, *d. l. providendum 7. C. de poſt.* dari, donec etiam adſint, judicia differri *Zang. de except. p 2. c. 9. n. 13.* & poſsint, & debeant.

§. 2. Nec ullæ eximuntur cauſæ, ſed in omnibus omninò, etiam ſubditorum contra Magiſtratum *Ord. Torg. tit.* von *Advocat*en §. 4. *ibi* es ſey denn das ſie ſcheinlichen item in criminalibus *l 5. C. de poſt. Jul. Clar. lib. 5 ſent. §. hæreſis n. 19. & §. fin. q. 28. n. 2.* eorum præſidium expetitur, niſi crimen adeò notorium ſit, ut calumniæ cauſâ tantum adhiberentur, aut æquitas & religio ipſos, tanquam Cives, Clericos, Fiſcales, vel Vaſallos, â cauſâ contra Patriam & Rempublicam *Reuſn Vol. 2. conſ 22. n. 32. Ayrer. p. 1. c. 5. obſ 1. n. 4. & ſeq.* Eccleſiam *c. fin. X. de poſt.* Fiſcum *l. 10 in princ. D. de poſt. l. 1. C. de Advoc. fiſc.* vel Dominum *2. feud. 24.* defendenda, abſtinere jubeant.

§. 3. Cæ-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0007-6

§.3. Cæterùm probi ut ſint, qui ſecundum *l. Advocati 14. C. de advoc.* 1. ambigua cauſarum fata dirimant, & utilia Reipublicæ membra ſe præſtent *arg. l.* 1. *§ pen. D. de proc. & defenſ. l. laudabile 4. C. de advoc.* 2. opus eſt. Tales enim & ipſe Fridericus III. in illâ Moguntij anno 1441. Statibus Imperij propoſitâ Sanctione, *quam Limn. lib. 4. c. 8. n.* 18. nunquam receptam eſſe dicit, *Declar.* 1. in Academijs Profeſſores, & *Declar.* 4. Principum & ſtatuum Conſiliarios eſſe voluit, Improbos verò, quos *Declar.* 2. vocat Beſoldungs Knechte/ und nicht Erbdiener des Rechten item *Declar.* 3. Stieff Väter/ und nicht die rechten Erben des Rechten/ proſcripſit. *Gold. Tom.* 1. der Reichſ. S. *m. p.* 167. *& ſeq.*

§. 4. Ut autem de probis aliquantò accuratius agam, conſiderandæ veniunt ipſorum Perſonæ, Officia, & Salaria; Perſonas quod attinet, Advocatos ante omnia volo eſſe Chriſtianos, veteri Catholicæ, vel orthodoxæ Auguſtanæ confeſſioni ſubſcribentes, *Ordin. Cam. p.* 1. *tit. 3. in fin. & tit.* 18. Non fœminas *l.* 1. *§. 6. D de poſt.* nec minores ſedecim annis, nec ſurdos, aut cæcos, qui conſulendo ſaltem aſſiſtere poſſunt, *l. 3. §. 3. D. de poſt. & ibi Fab. in ration.* nec turpitudine notatos *l.* 1. *§. removet 5. & §. item SCto, 6 D. de poſt.* nec bannitos, niſi ſententia adhuc ſit ſuſpenſa, nec perjuros, blaſphemos, aut aliàs impios, & injuſtos, *Carpz. J.P.F. p. 1. cõſt. 1. def. 20.* non etiã apparitores, aut alterius cujusdam vilioris conditionis homines *l. cum advocatio 8. & l. nemini* 11. *§.* 1. *C. de advoc.* 1. *Donell. lib.* 18. *tit. 3.* Quemadmodũ nec illiteratos, Opifices, & Scribas, *Carpz. l. 3. reſp. 5. & J.P.F. p. 1. c. 1. def. 19. n. 15.* nec garrulos, & loquaces, *l. quisquis 6. §. 1. & 4. C. de poſt. can. infames 2 §. tria v. ſi quis, cauſ 3 q 9.* L. O. H. G. O. *t.* wielviel *Procuratores* ſeyn/ §. es ſollen auch die *Advocaten*/ W. H. G. O. *tit.* Eyd der *Procuratorn*/ §. die *Procuratores* ſollen/ *Sanctio Elect. ſub lit. B. in calce* der App. O. §. ſo ſollen hinfüro. *Carpz lib 3 reſponſ. 32. n. 13.* nec denique tales, qui allegatione LL. correctarum, falſi crimen incurrant, *§. hunc igitur C. de Juſtin. Cod. confirm.* Quamvis omnibus, qui-

bus

bus vel ad tempus, *l.6.§.1.l.8. & 9. C.de poſt.* vel in perpetuum, *l.1.D eod t.* foro interdictum eſt, nihilominus in ſcriptis jura allegare, & conſulere, *Cœpoll.caut.156. Weſenb.π.de poſt.n.5. Magon.in cynoſ.adv.c.11.n.5.& ſeqq.* ſuas etiam, & pupillorum, cauſas dicere liceat, *l.1.§.removet.5.v.ſed eſt æquiſſimum, & l.6. D. de poſt.* Sed viros jurium peritos, *l.2.C.de poſt. l.jubemus 3. §. nec de cætero 4.& §.ſeq. l.petitiones 5.§.4.& 5.C.de adv.2.* in Camerâ, ut & judicijs hujus Electoratus Curialibus, Doctores aut Licentiatos, *Ord.Cam.p.1.tit.8.* L.O.H.G.O. *tit.* von den *Advocaten*/ ſo vor dieſen Gerichte. *ibi* das ein jglicher *Doctor* oder *Advocat.* W.H.G.O. *tit.* Eyd der *Procuratorum*, §. dieweil denn gleublich *ibi* das ein jeglicher *Doctor quibus accedunt quædam reſcripta ſpecialiora*; in alijs verò inferioribus Judicijs ad minimum tales, de quorum eruditione conſtet, *l.neminem 11.5.non aliter C.de advoc. 1. l.1.§.4. v. advocatos D. de extraord. cognit. l.leges 9. C.de LL Ord. Torg. tit.* von *Advoc.* und *Procur. Ord.Pol.tit.3.§.* beſonders inſuper & facundos, *§.illud verò in proœm.D de jur.docend.rat.l.13 C.de advoc.1 l.ult.C.de adv.2.* qui neceſſaria haud omittant. *Carpz.lib.3.reſp.5.n.23.* &, ubi opus eſt, ſuam ſententiam uno vel altero textu, vel authoritate, fulciant. *l.ſiquis obrepſerit 29.D.ad L.Corn.de fals.*

§.5. In hoc enim conſiſtit eorum officium, non, ut cauſas planè deſperatas, ne quidem ad extorquendam transactionem, defendant, *l.12.§.1.C.de jud.l.2.§ item quæritur D.de exc. dol. Covarr.lib.1.var.reſ.2 Mynſing cent.3.obſ.6.Cagnol.in l.66.D. de R.J.n.12. Pacian.lib.1.de prob.tit.21.Magon.de cauſid.c.4.n.28.* aut partes ad negandum inſtruant *l.1.& ibi gloſſ. D. de falſ. Ord. crim.Car.V.art.112.* Landt R. *lib.2.art.13. Schneidw.in §.item L.Cornelia J.de publ.jud.Weſenb.in π.ad L. Cornel.de falſ n.12* nec falſa falſis repellant, aut convitijs litem exaſperent. *l.quisquis 6. §.ante omnia 1.C.de poſt.* multo minus adverſario cauſæ ſecreta detegant. *l.1.C.de advoc.1.Ord.Cam.p.1.tit.62.* aut ad partes ejus, ne quidem in executione, tranſeant, *Farinac. Pr.Cr. lib.1. tit.1. q.4.n.14.& ſeq. Möller p.1.conſt.7.n.20. Carpz.lib.3.reſp.3.n.16. & ſeqq.* licet antea ſuſcepto patrocinio renunciaverint, vel docu-

mentis perſpectis, ſalarium, quod exinde ſperabant, adepti non ſint. *l. 1. D. de prævaric. l. athletas 4. §. calumniat. 5. D. de his qui not. infam. l. 1. §. prævaricatorum 6. D. ad SCtum Turp. Gutier. lib. 1. q. 30. n. 2. Carpz. lib. 3. reſponſ. 3. n. 9. & ſeqq.* Sed ut partibus fideliter ſuggerant, quod juſtum eſt. *l. rem non novam 14. §. patroni 1. C. de judic.* eorum deſideria exponant, & adverſariorum intentioni contradicant *l. 1. §. poſtulare D. de poſtul. l. 6. C. eod.* non minus in cauſis dubijs, quàm planis, dummodò non deſperatis, in quibus omnem vincendi ſpem decollatam vident, *Gutier. pract. quæſtion. 26. & ſeqq.* ac ita cauſam ſemel ſuſceptam ad optatum finem perducant *l. omnes 12. C. de jud. Beuſt. de jur. jurand. c. 1. n. 5.* nec ante auditam definitivam, *Ord. Cam. p. 1. tit. 62. in fin.* vel, ſi de cauſâ, ſimpliciter ad finem perducendâ, pacti ſint, ante finitam etiam appellationem, deſerant, *Accurſ. ad l. 1. C. de ſuffrag.* ante omnia autem liti abbreviãdæ ſtudeant *l. 5. §. 4. C. de poſtul.* Quæ, ſi obſervaverint, omnia eorum rectè dicta & geſta clientibus commodo cedent, è contrà, doloſè geſta, nec abſentibus, nec præſentibus, *l. 1. C. de adv. 1. l. 33. D. de re jud. Don. lib. 18. c. 4. Spec. de Advoc. n. 18. & ſeq.* licet ſententia deſuper lata ſit, *l. un. C. de ſent. adverſ. Fiſc. lat. Jaſ. in l. Impp 35. D. de R. J.* prout nec erroneè dicta, ſi intra triduum, aut interpoſitâ ſaltem Leuteratione, vel Appellatione, contradixerint, *l. 1. & ult. C. de error. Advoc. Donell. lib. 18. c. 4.* nocebunt; ſecus, ſi præſentes errorem non correxerint, & fatale interponendi remedij ſuſpenſivi elabi conceſſerint, tunc enim, non niſi in ſubſidium demum, advocato non exiſtente ſolvendo, & læſione probatâ, in integrum reſtituentur. *Carpz. lib. 3. reſp. 4.*

§. 6. Advocati enim, ſi quid ex imperitiâ, vel negligentiâ omiſerint, vel commiſerint, à clientibus *Azeved. in conſtit. regn. Hiſp. lib. 2. tit. 16. l. 3. n. 1. Carpz. lib. 3. reſp. 5. n. 2.* in illo etiam Judicio, in quo injurias evomuerunt, à parte læſâ, *Carpz. lib. 2. reſp. 27.* propter commiſſum quoque crimen falſi, ab utraque parte, ad reſtitutionem ejus, quod intereſt *arg. l. non eſt ignotum C. de adminiſtr. tut. Gutier. lib. 1. q. 29. n. 1.* conveniri, & ob nimiam garrulitatem, omiſſionem curialium, aut ſimile quoddam erratum, mulctâ pecuniariâ, *l. properandum 13. §. 19. C. de Jud.*

Carpz.

Error advocati [illegible] noceat client.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0010-4

Carpz. lib. 3. reſp. 32. n. 13. ob commiſſam prævaricationem an-
tem, vel aliud gravius delictum, infamiâ, vel aliâ quadam pœ-
nâ extraordinariâ l. 1. §. 1. & ult. l. 2. l. 3. §. quod ſi l. ab Imperatore
6. D. de prævaricat. l. 1. C. de Advoc. 1. Conſtit. Carol. art. 115. in fin.
Boſſ. Pr. Crim. tit. de prævaric. à Judice coerceri poſſunt; Secus, ſi
officio ſuo probe fungantur. Tunc enim, licet pauperibus, qui
ſine culpâ eô prolapſi ſunt, Jaſon. in auth. res quæ n. 20. C. comm.
de legat. Pruckm. Vol. 2. conſil. 16. n. 8. Carpz. JP. F. p. 1 cōſt 23. def. 14.
n. 6. ſi jurent, App. O. tit. von Advoc. der Armen / jedoch das
zuvor L. O. H. G. O. tit. Eyd des Advoc. der Armen W.
H. G. O. tit. von Procurat. ſe non poſſidere, de jure quidem
Civili, centum aut quinquaginta ſaltem aureos, arg. l. nonnulli
10. D. de accuſat. & §. ſed noſtra 4. J. de ſucceſſ. libert. aut totidem,
quot Judex arbitratus fuerit, Menoch. arbitr. quæſt. cent. 1. caſ. 6.
de jure autem Saxonico ſeptuaginta quinque Rhenanos L. O.
H. G. O. tit. von den Armen ſo vor Gericht zu thun haben/
patrocinium gratis præſtare teneantur Ord. Cam. p. 1. tit. 19 §. ult.
Mynſ. cent. 4. obſ. 32. Gail. lib. 1. obſ. 43. n. 11. & ſeqq. Cum tamen ſuâ
mercede digni. Magon. in cynoſ. advoc. cap. 8. n. 4. nec, ut ſuis ſti-
pendijs militent, adigendi ſint, c. cum ex officij 16 X. de præſcript.
Patrocinium vendere, & ſalarium, licet antea de eo non fue-
rit conventum, Bald. in l. properandum § illo procul dubio C. de
judic. Bart. in l. 1. §. in honorarijs D. de var. & extraord. cogn. non
ſolum, ſi vincant, ſed & ſi ſine culpâ ſuccumbant, Borch. de pact.
c. 5. n. 87. Speckh. cent. 1 q. 21. à pauperibus, ad fortunam reverſis,
non minus, ac alijs. c. Odoardus 3. X. de ſolut. l. is, qui bonis 4. D. de
ceſſ. bon. ſemel promiſſum etiam, licet partes amicabiliter
tranſegerint, per gl. & Bart. d. l. Carpz. lib. 3. reſp. 1. n. 17. & ſeqq. aut
hi parum, vel nihil, laboris exantlaverint, modò per ipſos non
ſteterit, l. pen. C. de condict. ob cauſ. Natta conſil. 442. Coler. p. 1. de-
ciſ. 201. n. 8. Spenkh cent. 2. q. 42. & ſeq finitâ ſtatim primâ inſtātiâ,
Carpz. JP. F. p. 1 conſt. 1. def. 24. eorum quoq; hæredes. l. poſt duos
15. §. 1. C. de adv. 1. & ibi Weſenb. n. 5. Tr. vol. 1. Diſſ. 8. th. 3. lit. c. Mynſ.
cent. 3. obſ. 8. integri iſtius anni, in quo deceſſerunt, ſi modò ali-
quid laboris in eo cœptū ſit, l. præſes 1. § Divus Sev. 13. & ibi Bart.


n. 13.

*n.13.v.item omnes LL.D.de var.& extraord.cognit. l.1.& ibi gloſs. ac DD.C.de primipil.Jaſ.in l.diem functo 4.n 43. D.de offic.aſſeſſ.* niſi in inſtrumento deſuper confecto expreſsè conventum ſit, quod, nullo deſudato labore, nullum etiam ſalarium cedere debeat, cui ſtrictè inhærendum, *l.1.§ ſi conveniat D.de poſs. l. non aliter 69.D.de legat.3.arg.l.legatum 4.C.de condict.inſert.* Cæterùm, ſi de nullâ certâ ſummâ, nec tempore ſolutionis, convenerit, tantum, quantum in noſtro quidem Jure, *Ord.Torg.tit.* von *Advocat.* §. wenn die *Advocaten*/ *Ordin.Polit.tit.* von *Juſtitien* ſachen/ §. anlangende/ L.O.H.G.O.*tit.* wie viel *Procuratores* ſeyn/ §. und ſollen die Parthe/ W.H.G.O. *tit.* von beſoldung der *Procuratorn, & aliis ſpecialioribus reſcriptis* determinatum eſt, vel de eodem, ut & communi jure, Judex arbitratus fuerit, *N.O.J.tit.36.§.* zum dritten *l.1.§. in honorariis D.de extraord.cognit.* à renuentibus, per condictionem certi, ſi certum quid promiſſum ſit, actione ex ſtipulatu, ſi in facto conſiſtat, aut imploratione judicis officij nobilis, ſi nihil certi convenerit, *Gail.lib.1.obſ.44.n.2.* inſuper & aliquod palmarium; non quidem, ut quotam litis, ſeu pactum de participatione, durante adhuc inſtantiâ, *l.ſiquis advocatorum 5.C.de poſt l. ſi contra 20.C.mand l ſumptus 53. D.de pact.Menoch caſ 522. Trentacinq. de poſt. reſol.1.n.6.* ſed, in remunerationem exantlati laboris, partem aliquam emolumenti, in cauſis civilibus, ad centum usque aureos *l.1.§.ſi cui, ibi licita & §. in honorariis in fin. D.de extraord.cognit.* in cauſis arduis etiam, *Beuſt.in l.admonendi 31. D.de jurejur.n.1090. Trentacinq. d. reſol.1.n.13.* nec non in criminalibus *l.ſi pater 34.& ibi Bart.D de donat.Beuſt.d. l.n.265.Sich.ad.l.1.C.mand n.ult. Tiraquell. de Nobilit. c.29. n.37.* aliquanto plus exigere poſſunt, *l.1.§.ſed cum D. de extraord. cognit.Donell.lib.18.c.3.*

Privilegia Advocatorum §.7. Et hæc de Advocatis dicta ſufficiant, cætera enim, utpote, quod honeſto cultu incedere, *Ludovicus Roman. ſing.* 363. & coram Tribunali ſtare debeant *l.quisquis 6.§. fin.C. de poſtul.* item, quod ipſis Nobilitas competat, *Tiraquell. de Nobilit. c.26.* ab oneribus perſonalibus immunes ſint, *l.ſancimus 6.& l.*

*peti-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0012-4

*petitionem 13. in fin. C. de Adv. 1. Gutier. p. 1. q. 23.* & ſi quæ ſunt ſimilia, aliunde conſtare poſſunt. Unicum hoc monendum reſtat, quod, licet Advocatum non deceat conſulere alios, utpote, qui ipſe â conſilijs eſt. *Alph. de Azeved ad conſt. Reg. Hiſp. lib. 2. tit. 16. l. 3. n. 3. Carpz. lib. 3. reſp. 5. n. 5.* Cùm tamen plures, quorum judicium firmiùs reputatur, *c. prudentiam 21. X. de offic. de leg.* rem accutatiùs perpendant. *Gail lib. 1. obſ. 33. n 3.* veritatemq; faciliùs inveniant *c. fin. diſt. 20.* Ideò, tàm Clientibus, quàm Advocatis non parum proderit, ſi factum, cum omnibus circumſtantijs, collegio cuidam Juridico fideliter expoſuerint, eorumq; informationem petierint. Ut ut enim ejusmodi ſententiæ Adverſarium non ſtringant; Pars tamen ab expenſis, ſi unum celebrē; *Weſenb. p. 1. conſil. 43. n. 165.* multo magis, ſi aliquot DD. habeat, conſentientes, *Gail. lib. 1. obſerv. 152. n 6. Berl. p. 1. concl. 78. n. 29. & ſeqq.* Advocatus autem ab actione ad intereſſe, ſi causâ ceciderit, erit immunis. *Palard. lib. 1. rer. quotid. 2. n. 2. & ſeqq.*

Advocatꝫ factum cum oibꝫ circumſtantiis collegio cuidam Juridico exponere &c. [handwritten marginal note]

## THESIS III.

Quibus ita præmiſſis, proximum eſt, ut de inſtituendâ congruâ actione in tempore conſultet.

*Qui, & in quibus cauſis, agere valeant.*

§ 1. Neminem fugit, principem actoris curam eſſe, ut inſtructus Judicium accedat, *Socin. in l. qui accuſare 4. C. de edend. n. 3.* Unde cum non omnes, utpote minores viginti quinq; annis, *Weſenb. ad. t. Cod. qui legit perſ. n. 9. Ummius diſp. 1. n. 19.* prodigi, mente capti, & furioſi, *Vant. de nullit. ex defect. habilit. n. 15. & ſeq.* niſi curatorum authoritas intervenint, banniti, ſi verê ſint condemnati, *Ord. camer. p. 2. t. 9. §.* ſo iemands/ *verſ.* ſollen/ *Gail. lib. 2. obſ. 86. n. 2. & de P. P. l. 2. c. 12. n. 11. & ſeq. Mynſ. cent. 3. obſ. 30.* optimè tamen & hi, ſi ſententia bāni declaratoria remedio quodam ſit ſuſpenſa, *Lancel. de attent. p. 1. c. 3. n. 56 & ſeqq.* Ut & infames, *c. infames 2. verſ. his perſonis cauſ. 3. q. 7.* niſi famoſâ quadam actione contra emendatioris vitæ homines experiri velint, *l. 11. D. de dol. mal.* quibus accenſet Ummius perjuros. *Diſp. 1. n. 29.* muti etiam, cœci, aut ſurdi, utpote, qui naturæ defectum aliorum ope ſupplere poſſunt, nec non Clerici, qui ſibi bona poſſi-

ctent, Magiſtratus item contra proprios ſubditos, *Berl.deciſ.109. n.9. Crav.vol.2.conſ.232.n.7.Carpz.JP.F.p.1.conſt.2. def.20.* Illuſtres perſonæ per Procuratores *l.25. cum auth ſeq.C. de procurat. Weſenb. ibid.n.17.* Subditi contra Magiſtratum, liberi contra parentes, impetratâ tamen veniâ, quæ per emanantem citationem tacitè conceſſa videtur *Weſenb. in π. de in jus vocand. n. 12.* agere; Sed nec quævis actiones contra quosvis, utpote famoſæ, non contra eos, quibus reverentia debetur; perſonales verò tantùm contra filios familias, *l. tam ex contractu 57.D.de jud.l.39. D.oblig. & act.* Cœteræ, quæ de bonis adventitijs & profectitijs ſuſcipiuntur, contra patrem *l.ult.C.de bon.quælib.* quædam ſummariê, ac de ſimplici ac plano; quædam ordinariè, *Marant p. 4. diſt.9.* Roßbach. *tit.1.n.28.Zang.de Except.p.1.c.2.n.2. & ſeq. Gilk. ad l.un.C.de lit.cont.n.95. & ſeqq.* inſtitui poſsint. Quarum quædam, ob res Civiles, vel de aliquo facto, vel reali, ad conſequẽdam poſſeſsionem tantùm, vel proprietatem ſimul, de rebus quibuscunq;, vel univerſalibus, vel particularibus. *Specul. de act.§.2.n.1.Marant.p.4.diſt.4.n.1.& ſeq.Obr. de form.lib.c.11.n.44.* tàm Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, non quidem ijs, quæ internam Eccleſiæ poteſtatem reſpiciunt, ſed quæ ſunt legis Diœceſianæ, & Jurisdictionis Eccleſiaſticæ v.g. quæ ſubjectionem & reverentiam Epiſcopo præſtandam, bona Eccleſiæ, Jura Academiarum, & eorum adminiſtrationem, beneficia item, & officia Ecclestiaſtica, decimas, & reditus Eccleſiæ & Miniſtrorum, ſponſalia, & matrimonia, Clericorum denique perſonas, ſpectant, hoc ſolo obſervato diſcrimine, ut priusquam inter, vel adverſus Eccleſiaſticas perſonas ordinaria diſcuſsio admittatur, amicabilis compoſitio, ſedulò magis tentetur, aliquotiesq; repetatur *Carpz.lib.3 JP.conſiſt. def.2.& 4.* Aliæ vero, ad vindicanda Crimina dantur. *Roſeb. tit.1.n.10. Weſ.ad tit. C. de Jud.n. 101.* Ideò is, qui proceſſum ordietur, rebus ſuis optimè proſpiciet, ſi omnium primo jus ſuum examinet, quæq; ipſi actio eligenda ſit, diſpiciat.

§. 2. Dicitur autem actio in genere omne illud juris remedium, quo aliquid obtinetur: veniunt etiam ſub hoc nomine tàm illæ, quæ in rem, quàm quæ in perſonam dantur, directæ pariter,

riter,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0014-5

riter, & utiles, item Prætoriæ ſtipulationes, & Interdicta. *l. actionis 37. D. de obl. & A.* Aſt, cum poſsidere, & adverſarium ad onera petitionis compellere *l. is, qui 24. D. de rei vind.* commodius, ſublatis etiam antiquis interdictorum formulis, inhibitiones tamen, ſeu mandata cum clauſulâ, in ſuperioribus præſertim Judicijs decerni adhuc hodiè, in viridi obſervantiâ ſit, *Petr. Frid. Mind. de interdict. c. 7. n. 16. & c. 14. per tot. Mynſing. cent. 2. obſ. 96. Gail. l. 1. obſ. 6. & aliquot. ſeqq. per l. æquiſſimum 14. D. de uſufruct. l. ult. §. 1. D. de offic. procurat. Cæſ. l. ſi ſuper poſſeſſ. 9. ibi cujus rei gratia C. de tranſact. Item de J. S. per* Landt R. *l. 1. art. 70. §.* Clagetmann aber / quorum hæc utilitas, ut non tâm exactas requirant probationes, quàm ordinariæ illæ actiones, *Bart. in l. 1. D. & C. quor. bon.* nec adverſarius, licet Dominium prætendat, cum eo audiatur, ſed ad petitorium remittatur; ille verò, qui interdicto utitur; in poſſeſsione confirmetur, *per. l. fin. C. quor. bonor.* nec etiam interdicens Appellationis, aut alio longo proceſſu, divexetur, *l. un. ſi de moment. poſſ. c. quærelam 24. X. de election. & Elect. poteſt.* niſi cauſa proprietatis cum poſſeſsione, & ita petitorium cum poſſeſſorio, fuerit cumulatum, *Carpz. l. 1. reſp. 14.* Ideò pauca de inhibitionibus & Interdictis afferre lubet, quæ non tàm inter duos dicta, quàm interim dicta eſſe Menoch. non ſine ratione exiſtimat. *remed. 3. adipiſc. n. 49.* & competunt Vel de rebus ſacris, uti illud ex *l. 1. in princ. D. ne quid in l. ſacr. fiat.* prohibitorium ſimul & reſtitutorium, *l. 2. §. locorum D. ne quid in loc. public.* quo æditius cumprimis, *d. l. 1. §. 3.* ceſſantibus verò illis omnibus alijs *l. ſi quis in hoc 10. C. de Epiſcop. & cleric.* quorum quoquo modo inter, vel quibus publica ſalus cordi eſt, *l. prætor. 2. § 1. & §. & tam publicis 2. D. ne quid in loc. publ. vel. itin. fiat.* petere licet, ut Reus ab immittendo, vel faciendo in loco ſacro, quod non ad ornamentum, ſed deformitatem vergit, abſtinere, & quod jam immiſit, vel fecit, abolere jubeatur *d. l. 1. §. 2. D. ne quid in loc. ſac.* Vel de rebus religioſis *ex l. 1. D. de mort. infer. & ſepulch. ædific.* duplex, unum, quo Dominus proprietatis, vel etiam bonæ fidei poſſeſſor contra tertium, *per l. ſi ego emi. 11. §. 1. l. cum ſponſus 12. §. in vectigalibus 2. cum l. pen. D. de Public. in*

rem

Interdictum, ne q[ui]d in loco sacro q[uo]d fiat.

Interdictum de mortuo non inferendo

rem act. mortuum ſepelire, aut, humandum corpus per agrum portare, prohibentem *d.l.1. Schneidw. in §. ſumma a 2. J. de interdict. n. 37. & 42.* hæres etiam demortui debitoris, contra Creditores, ſepulturam impedire geſtientes, *l. ult. C. de ſepulch. violat.* Alterum, quo hæres contra eum, qui materiam ad ædificandum convehi, vel alio quoquo modo exſtruere, vel ſtatuis adornare ſepulchra, prohibet, *l. ſtatuas 8. C. de relig. & ſumpt. funer.* experiri poteſt, dummodò ædificet, ubi jus eſt *d.l.1. §. ædificare videtur 8.* aut Dominus fundi ab initio tacuerit, aut unum mortuum inferri paſſus ſit *l. ſi proprius 3. & § 1. D. de mort. inferend.* Vel de rebus publicis quale eſt illud prohibitorium retinendæ poſſeſſionis *ex l.1. D. de loc. & itin. publ. & l. un. D. de via publ. & ſi quid in ea fact.* quod illis, qui viâ, publicâ, aut eâ, quæ longo uſu talis facta eſt *l. ult. eod.* liberè uti impediuntur, contra illos etiam, qui viam reficere, vel purgare, excuſant. *d.l. un. §. conſtruat. 3.* Huicq; non abſimile *ex l.2. §. Prætor in via §. ait Prætor 22. & ſeq. D. ne quid in loc publ. vel itin.* quod privato, damnum, ex eo, quod in viâ publicâ factum eſt, ſentienti. Item illud prohibitorium ex eadem *l.2* quod unicuiq; privato, *§. hoc Interdictum 21.* cui aditus fit deterior, vel anguſtior, proſpectus impeditur, vel aliud quoddam damnum ex ædificio, in loco publico exſtruendo, aut reficiendo, cietur, in perpetuum *l.2. §. hoc interdictum 21. d.t.* etiam contra eum, qui licentiam ab ipſo principe impetravit *d.l.2. §. ſi quis â principe 16.* non tamen ædificio jam exſtructo *d.l.2. §. ſi quis nemini prohibenti 17.* niſi facilè tolli poſſit, *d.l.2. §. cum quidem & ſeq.* ſicut nec tum, ſi factum in loco publico non vergat in detrimentum rei *d.l.2. §. ſi quis.* Nec non Interdictum de loco publico fruendo, quod non ſolum ei, qui locum publicum conduxit; ſed & ejus ſocio, licet non ceſſa ipſi fuerit actio, contra locatorem, vel alium impedientem, *ex l. 1. D. de loc. publ. fruend.* Ut & Interdictum prohibitorium ſimul, ac reſtitutorium, de ædificijs privatis *l. ſi cui loci 9. C. de ædific. priv.* quod illi, cujus vicinus propiùs, quàm ædi publicæ par ſit, ædificium jungere, mœnia longius extendere, *l. meniana 11. eod.* ſtructuram nimis extollere *l.1. eod.* ædes ſuas vel ſpoliare,

Interdictum prohibitorium retinendæ poſſeſſionis

*l. ſiquis*

*l.ſiquis.6.&l.nemini 7.eod.* vel penitùs deſtruere, *l.2.eod.* in littore contra publicam utilitatem ædificarel *l. in littore 4.D. nequid in loc.publ.* vel ipſi mari, quo navigatio impediatur, aliquid immittere geſtit, vel etiam hæc omnia jam dum fecit, ut deſiſtat, & deſtruat. Cui adjacet illud *ex l.ſingularum 8.C.eod.* ut alter ædes ruinoſas reſtauret. Ulterius & Interdictum de operibus publicis *ex l prætoria 4.& alijs ll.C.de operib.publ.* prohibitorium & reſtitutorium, quod contra eos, qui publicum ædificium privatis ſuis uſibus mancipare, *d.l.prætoria 4.* citrà juſſum principis in loco publico ædificare, *l.intra urbem 5.& l.ult.d.t.* ornamenta publicarum ædium transferre, *l.nemo 13.d.t.* privatorum ædificia, 50 libris argenti cariora, inconſulto Principe, diruere, *l.ſi quando 9. d.t.* ſuumve, omiſſo Principis nomine, inſcribere tentant *l.ſi qui Judices 11.d.t.* vel tale quid jam dum fecerunt, *l.præſcriptio 6.l.ædificia 14.l.quicunq; 17.l.qui ſine 20.d.t.* ad reparationem publicorum, debitam quotam conferre recuſarunt *l.1.l. ad portus 7.l. ne ſplendidiſſimæ 11.l. omnes provinciarum 12 l.turres 18. d.t.* imaginem Principis ê publico ſuſtulerunt, nec repoſuerunt *l.ſi quãdo 16.* aut rationes pecuniæ, publici operis causâ acceptæ, nondum reddiderunt *l.omnes quibus 8.d.t.* ut deſiſtant, diruant, reſtituant, cautionemq; præſtent, datur. Interdicta item de fluminibus publicis, nequid in ijs fiat, quo pejus navigetur *ex l.1. D.de flum. nequid. in flum.* aut aqua aliter fluat, atque priori æſtate fluxit, *ex l.un.D.nequid in flum publ.* Nec non in flumine publico navigare, ripam onerare vel exonerare, pecus ad ripam appellere, aut in lacu vel ſtagno publico conducto piſcari, liceat *l.unic.D.ut in flum.publ.navigar.&c.* Et de ripâ, quantum accolis non officit, muniendâ, ne à vicinis impediatur, ſi paratus ſit cavere, quam molitur ſtructuram, per decem annos damnoſam ipſis non futuram *l.un.§.3.&4.D.de rip.mun.* Vel deniq; de rebus privatorum, quæ ſequentibus §.§. breviter recenſenda veniunt.

§ 3. Competuntq; vel de perſonis, uti illud de libero homine *ex.l.1.D.de hom.lib.exhib.* ſive pubere, ſive impubere, mare, vel fœminâ *l.3.§.hæc verba 1.d.t.* dolo & contra voluntatem *d.l.3.*

§.2.& .5. detento, in corpore, non quoad intereſſe *d.l.3 §.13.v.ſi tamen Reus* exhibendo *d.l.3.§ 8.* quod unicuiq; de populo *d. l.3. §.9.* in perpetuum *§.fin.* etiam contra abſentem, *d.l.3 §.14.* Non item Creditori, uti de Jure Sax: antiquo obtinebat Landr. R *lib. 3.art 39. & ibi gl n.3. item* Weichbild *art.27.cum gl. n.14. & 15.* & etiamnum hodiè extrà provincias Electoratus obtinere, teſtantur *Zang. de Except.p.3.c.1.n.142. & Hering. de fide juſſor.c.6.n.257.* contra debitorem competens *l.fin.§ fin.d l.Carpz. JP.F.p.2 conſt. 22.def.2.* Item illud *ex l.1. in pr. & l. deinde ait 3. D. de lib. exhib. it. duc.* quod Patri filium filiamve in poteſtate habenti *§ in hoc interdicto 2.* contra detentorem, cauſam licet allegantẽ, *ibid.* aliumve, liberos ducere, impedientem, non tamen contra matrẽ *d.l.1.§. ſi verò mater.3.& .l.3.§.etiamſi,* nec eum, apud quem filius ſponte moratur *l.fin.d.t.* competit. Niſi inter duos, qui ſe patres dicunt, controverſia oriatur, *d.l.fin.* datur. Ut & interdicta de Libertis, de quorum libertate agitur, aut quorum Patroni operas indicere volunt, ut exhibeantur *Menoch. in prælud. remedior.n.5.* Nec non interdictum *ex l.2.D.& l ult.C.de lib.exhib.* quo maritis ſubvenitur, ſi ſocer vel ſocrus uxorem exhibere nolit. Vel de rebus, iјsq; Vel univerſalibus uti illud de tabulis demortui non tamen falſis *l. ſi quis legatum 6. in pr. D.ad l.Corn de falſ.* exhibendis *ex l.1. in pr.D.de tabul. exhib.* quibus non viſis, de hæreditate agi nequit *l.de his 6.D. de tranſ.l.1.D quemad.teſtam. aperi,* quod omnibus illis, quibus aliquid in tabulis adſcriptum *l.3.§.ſolent.10.* vel quorum aliàs intereſt, dummodò jurent ſe credere *l.ejus quod.3.C. eod.* adverſus detentores omnes *d.l.3.§1.* ut & eos, qui dolo fecerunt, quo minus habeant: *d.l.3.§.6.* Illud, quorum bonorum nuncupatum, propriè adipiſcendæ poſſeſsionis *l.1. in fin.D.quor bon.* impropriè reſtitutorium *l.verbum reddendi 94.D.de V. S.* ad res quidem particulares etiam competens *l.hoc amplius 29. D. de furt.* ſuâ naturâ tamen univerſale, quod directò quidem illi, cui Prætor, de quo latè *Menoch.rem.1.adipiſc.n.9.& ſeqq.* jam poſſeſsionem civilem ex præcedenti aſsignavit. Utiliter autem omni hæredi, in quem defuncti poſseſsio continuatur, *Weſenb. hoc t.n.7.cum ibi citat. Menoch.remed.1. adipiſc.n.33.& ſeqq. Ant. Fab.ad tit.C. de comm.*

ſerv.

Interdictum quorum bonorum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0018-7

*ſerv manum.def.5.n.9.* utpote qui eam propriâ authoritate occupare poteſt. *Carpz.JP.F.p.3.conſt.9. def.27.n.4.* contra quoquo modo detinentem, aut dolo vel culpâ poſsidere deſinentem, qui legitimus hæres non eſt, nec uſu cepit, ad æſtimationem *l.ſi.culpa 63.D.de R.V. Menoch d.rem 1.n.66 l.2. C. quor. bon. l.19.§.2.D. de hæred.pet.* ut & contra debitorem, ad conſequendum jus, quod defunctus habuit, *l.interdicto 2.D quor.bon.* deniq; & electo ad aliquam dignitatem, contra detinentem, vel occupantem *Menoch.d.rem.2.adip.n.46.* Illud porrò, quod legatorum, dicitur *ex l.1.D. quod legat.* cùm legata non rarò univerſitatem bonorum comprehendant, *l qui quartam 15. & l. non amplius 29. D. de legat.1.* quod hæredi, vel ejus ſucceſsoribus, cohærede licet negligente, *d.l.1.§. hoc interdictum 3.* pro ſuâ tamen quotâ *d.l.1.§. ſi alter.15.* contra legatarium & jus hæredem *d.l.1. §. illud tenendum 13.* fidei commiſſarium etiam, tàm univerſalem, quàm ſingularem ejus hæredes *Menoch.rem.2.adipiſc. num.21.23.& ſeqq.* rem legatam ante aditionem poſsidentes, *l.1. § quod Prætor ait 11.D.h t.* propriâ authoritate invadentes, aut etiam authoritate Judicis tantùm ſervandorum causâ poſsidentes *d.l.in §. quæſitum eſt 9.d.l.junctâ l. quæcunq; 13. §.1.D.de Public. in rem act.* non tamen violenter ſubtrahentes, aut extorquentes, (hoc enim caſu penitùs legato cadunt, *l.non eſt dubium 5 C.de legat.*) Ut rem, ſive quantum citra voluntatem hæredis poſsident. *d.l.1 §. ſi duæ res 12.* aut id, quod intereſt *l.2. §. ex hoc interdicto.2.D.quod legat.* licet etiam dolo poſsidere deſierint *d.l.1.§. quod ait Prætor.7.* quo æri alieno ſatis fieri *l fin.§ licentia 10. C.de jur. delib.* aut etiam Falcidia detrahi poſsit. *l.1.§ 5.D.h.t. l.1.C. eod.* ad minimum præſtitâ hæredis cautione, *l.2 §.1 & ſeqq.D.quod legat.t.t D.ut legat. ſeu fideic.ſerv.& t.t. D. ut in poſs.legat vel fideic.ſerv.* reſtituât, niſi defunctus rem corporaliter transtulerit, *Menoch. rem. 2. adip.n.42. & ſeqq.n.55.& ſeq.* aut hæres paſſus fuerit poſsidere, *d.l.1.§ prodeſt autem 14.* aut ſcienter ſolverit, *l. error.9 C. ad L. Falc.* Beneficium item legis *ult. C. de Edict. Div. Adr. toll.* quod non hæredibus ab inteſtato; ſed omnibus, vel ex aſſe, vel ex parte, Teſtamento inſtitutis, vel etiã ſubſtitutis, aut eorum hæredibus, & ceſsionariis, tàm maſculis, quàm fœminis, ijs etiam qui

Beneficium L. ult. C. de Edicto D. Adr. tollend.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0019-7

ſcriptis hæredibus præſunt, jam dum non poſſidentibus, aut dejectis, non item fidei commiſſarijs univerſalibus, ante factam verbo reſtitutionem, aut priusquam ſufficienter docuerint fidei commiſſum jure, & ſine contradictione, ad ipſos perveniſſe, *tradente ita Bart. ad hanc l. ult. n. 9. & Menoch. rem 4. adipiſc. n. 166. & ſeqq.* ſi de Teſtatoris morte conſtet, aut eam probaverint, inſimul & Judici competenti, non tàm illi, ſub cujus Territorio bona ſita ſunt, quia is ſaltem actualis miſsionis judex competens eſt, quàm illi, qui præeſt jurisdictioni, ratione domicilij, petentis, juxta & contradictoris *l. 1. C. ubi de hæredit. agat. l. 2 C. de Interd. Cujac. lib. 5. obſ. 19. Menoch. rem 4. adipiſc. n. 403.* Teſtamentum in originali, aut copiâ vidimatâ, omni vituperatione carens, oſtenderint, nullusq́; aut non legitimus, e.g. fidei commiſſarius univerſalis contradictor extiterit, conditio etiam, ſi quæ in teſtamento adſcripta eſſet, jam adimpleta fuerit, nec teſtamentum de tali re conceptum ſit, de quâ Teſtatori diſponere non erat liberum; Ut tunc ſtatim, exiſtente vero contradictore legitimo, non prius, quàm ventilata ſit cauſa, in poſſeſsionem earum rerum, cohærentiumq́; jurium, quæ tempore mortis Teſtatoris fuerunt, ſeu quas poſſedit, naturaliter, aut civiliter ſaltem, quas etiam detinuit, mittantur neq; ob vitia inviſibilia & altioris indaginis *d. l. ult. C. de Edict. Div. Andr. toll.* ſuſpendantur. Ut & Edicta Prætoris, quod tàm mortis, quàm miſsionis tempore in utero exiſtentibus cum curatore, *l. 1. & §. 1. Item §. ſi filius 8. §. ſi ea 14. §. quoties autem 17. D. de ventr. in poſſeſſ. mittend.* Non tantùm, ut matres tamdiu conſequantur alimenta, donec pariant, *d. l. 1. §. mulier autem 19. & § tamdiu 27.* id quod inſtar æris alieni eſt, *l. cum venter 9.* ſed etiam ipſi nondum nati, qui exhæredari nequeunt, *l ſiquis 33. §. 1. C. de inoffic. Teſt.* bonorum, de jure ipſis competentium, poſſeſsionem acquirant *l. ubicunq́; 7. & l. fin. D. eod.* Et Carbonianum, quod impuberi, cui ſtatus quæſtio mota eſt ad adipiſcendam poſſeſsionem hæreditatis paternæ, omni controverſiâ in pubertatis tempus rejectâ, *l 1. 3. & t. t. D. & C de Carbon. Edict.* Tandem & generale illud interdictum, ne vis fiat ei, qui in poſſeſsionem miſſus eſt, *l. 1. §. 1. l. 3. & ult. D. ne vis fiat, ei qui in poſſeſſ. miſ.* quod omnibus

Carbonianũ Edictum

bus

bus, quos Prætor miſit, & quibus interdictum, uti poſſidetis, nõ competit, *l. ſi duo 3 §. Creditores 8. D. uti poßid l. 1. in pr. & §. 1. D. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſ. erit.* contra eorum inſultum, qui falſis perſuaſionibus, aut excogitatis terriculamentis, *l. 1. §. hæc actio eod.* Mandatis pœnalibus, manu militari *l. 3. in pr. verſ. conſtitutũ eſt D. d. t.* aut quoquo dolo poſſeſſionem turbant, datur.

§. 4. Vel ſingularibus, nam & harum poſſeſſione, in auditâ cauſâ, nemo privandus eſt, licet adverſarius violentam, precariam, aut aliàs vitioſam eam eſſe, contendat *§. juris præcepta J. de J. & J. §. fin. verſ. dominorum, J. de his, qui ſui vel alien. jur. ſunt. l. pen. §. juris præcepta. D. de J. & J. l. cum fundum D. de vi & vi armat. c. in literis X. de reſtit. ſpol. c. licet Epiſcopus. X. de præbend. in 6. l. meminerint. C. unde vi l. 1. & ult. C. ſi per vim aut al. mod. l. ſi quis ad ſe fundum. C ad L. Jul. de vi publ.* Landrecht *lib. 2. art. 24. ibi* man ſol niemand aus ſeinem gewehr weiſen / wann er gleich mit unrecht drein kommen wehre / *& art. 70. in pr. nec non* in Lehnrecht *c 39. in pr. item* Weichbild *art. 29.* Sunt autem talia: Interdictum, uti poſſidetis, quod, niſi legitimè impediti fuerint, tantùm intra annum *Weſenb. h. t. n. 4.* illis, qui vel ab adverſario ipſo, vel ejus juſſu, vi, clam, aut quovis modo dejiciuntur, *Weſenb. in π. uti poßid. n. 5.* aut realiter *Fab. in § retinendæ 5. J. de interd. n. 11. c. quærelam 24. X de elect. l. qui pendentem. § fin. D. de act. empt. l. injuriarum § ult. D. de injur.* turbantur, quoquo modo poſſeſſione ſuâ uti, *l. ſi duo 3. §. hoc interdictum 2. & §. ſeq. D. d. t.* directò ad rerum immobiliũ, utiliter etiam jurium *l. fin. D. uti poßid. l ſicut a. 8. §. Ariſto 5. D. ſi ſervitus vindic. l. quoties 20. D. de ſerv. c. licet cauſ: 9. X. de probat. c. quærel: 24. X. de elect. c. inter 8. X. de major. Carpzov. JP. F. p. 2. conſt. 7. def. 11. n. 4.* quæ quis vel ex toto, vel pro parte, aut pro indiviſo jure poſſidet, poſſeſſionem liberam retinendam, & conſequendam, damni illati, & ejus, quod intereſt, reſtitutionem, cum cautione *l. 1. D. & l. unic. C. uti poßidet.* Interdictum, unde vi, itidem regulariter annale propter pœnam *l. in honorariis 34. D. de obl. & A. l. ult. D. de edend. pr. J. de perpet. & temp. action.* hodiè tamen ferè perpetuum *c. redintegrandæ 3. q. d.* quod, animo vel corpo-

re, civiliter vel naturaliter, dummodò tamen, proprio nomine, rem immobilem, vel jus aliquod poſſidentibus, & detentoribus, Colonis item, qui ad longum tempus conduxerunt, quin & Prædonibus, niſi vitium in continenti pateat *§. recuperandæ 7. J. de interd. l. 1. in pr. D. de vi & vi arm.* non ſolum per vim atrociorem, ſed quamcunque violentiam, aut vitium, clandeſtinitatis, in ſequenti reſiſtentia, à tali licet, qui antea dominus fuerat, *l. quod eſt 3. §. eum igitur 9. l. qui poſſeßionem 17. D. de vi & vi arm.* dejectis, ad recuperandam poſſeſſionem cum omni causâ, *d. l. 1. §. eum qui & §. non ſolum 41. l. qui reſtituere 68. D de R.V.* ut & æſtimationem *d. l. 1. §. qui autem 33.* vel ex toto, vel pro parte *l. in interdicto 6. l. ſi vi me dejeceris 15. D. de vi & vi arm. l. vinum D. ſi cert. pet.* ab ipſo ſpoliatore, ejusve hæredibus, vel à tertio ſucceſſore, qui immediatè vacantem poſſeſſionem ingreſſus ad minimum in ſubſidium.

Remediu implorationis officii judicis, spoliato & dejecto de possessione competens.

Remedium implorationis officij judicis *ex l. Aquilius 29. D. de donat. c. cum ad ſedem 15. X. de reſtit. ſpol. c. quia 11. X. de judic.* Quod itidem poſſeſſoribus, detentoribus, Colonis, commodatarijs & ſimilibus, ut ſpoliati, dejecti, vel impediti, ante omnia, & ſine libelli oblatione, ad ſolam ſummariam cauſæ cognitionem, reſtituantur, & pendente ordinario, ab omnibus inſultibus protegantur. *Menoch. retinend. ult. in ord. Camer. Imp. p. 1. tit. 21. §. fin.* Condictio *ex c. ſæpè 18. X. de reſt. ſpol.* quæ ſpoliatis, ad recuperandam rem ſuam, à tertio poſſeſſore, qui ſcienter emit, datur. Beneficium *c. redintegranda 3. cauſa 3. q. 1.* aliarumque perplurium, tàm laicis, etiam pupillis, qui ſine tutore tradiderunt, prophanis mobilibus & immobilibus, quàm clericis pro Eccleſiaſticis recuperandis, omnibus item, licet non ſuo, ſed alieno nomine, vel vi, aut clam aut precario poſſideant, & ita malæ fidei poſſores ſint, niſi vitia incontinenti pateant, nihilominus à judice Rei, incertis caſibus etiam ſpoliati, vel illo, ſub cujus jurisdictione vis commiſſa eſt, citra ordinarium juris proceſſum. *Menoch. remed. recup. 15. n. 105. & ſeqq.* competens

Beneficiu l. 7. C. unde vi.

Beneficium *l. ſi quis in tantum 7. C. unde vi* quod contra violentos alienarum, præſertim fiſci, rerum invaſores, etiam mulieres, ruſticos aut milites *l. juris ignorantia 6. C. qui admit. ad bon. poſſeſſ.* imò & pu-

pil-

pillos, præſertim ſi pubertati proximi ſint, & ſiquis ipſorum nomine invaſerit, in quantum ad ipſos pervenit, Filios etiam familias propria ſua & adventitia bona occupantes, aliosque omnes, ad quos aliquid pervenit, licet ipſis reverentia debeatur, ut ſpoliatores reſtituant, & inſuper ipſi, non item ipſorum hæredes jure, quo gaudebant, cadant. Beneficium *l.1.C.ſi per vim vel al mod.* quod iis, qui aliorum nomine poſſident. *Et l.ult. C.de acquir.poſſ.* quod dominis ipſis, quorum Procuratores vel alij dejecti ſunt. *Nec non l.5 & l.ult.C.und. vi* quod ijs, quorum vacua, animo tamen poſſeſſa *l.3.§.idcirco 12.C.de fid.inſt.l. impr. 7.C de acq.poſſ.§ quod a.4.J de uſuc.* res, (licet forſan ex errore) occupata, aut in alium translata eſt, ut & *l.conductores C.locat. & l.non ab re C.unde vi,* quod locanti contra reſtituere differentem. Item beneficium *l.meminerint 6.C. unde vi,* quod contra Judicem, nulliter aut de facto procedentem. *c. cauſam matrimonij 16. X.de offic. deleg. c.conquerente 7.X.de reſtit.ſpol.c. referente 7. X. de præbend. c. ex inſinuatione 3. X. de procurat. Menoch.recuper.8 n.29.& ſeqq.Schurff.cent.3.conſil.6.n.7.Cravetta conſil.302.n.4.Weſenb. p.5.conſ.205.n.83.& ſeqq. Gail.lib.2. obſ.76.* utpote qui per hoc ſe indignum facit officio. *Carpz.l.1.reſp.2.n. 8.per l.qui injuriarum §.qui jure junct. l.nec magiſtratus D. de injur.l 1.& 2.C.comminat.epiſt.& program.l.nec quicquam §.ubi decretum D.de off.Proconſ.& ibi DD.* & qui ad damna & intereſſe tenetur *Menoch. d.rem.recup 8.n.11. & ſeqq. Weſenb. d.p.5.conſ. 205.n.85.Carpz.d.l.1.reſp 2.n.15.* cui & impunè reſiſtitur *l.prohibitum C.de jur.fiſci.Dec.in l.ut vim 3.n 24. D.de J. & J.* ad recuperandam poſſeſſionem, cum damno & intereſſe. *Menoch. d. rem. rec 8.n.11.& ſeq.Weſ d.p.5.conſ.205.n.85.Carpz.d.l.1.reſ.2.n.15.* Edictum Prætoris de novo opere, quod illis, quorum cum damno & injuriâ aliquid in proprio, vel vicini ſolo, vel contra competens aliquod jus ſervitutis ædificatur, aut novâ facie donatur, omnibus diebus, factâ ſaltem denunciatione *ex l.1. cum ſeqq.D. de novi oper.* Interdictum, quod vi aut clam *ex l.1.D.quod vi aut clam* annale, *l. 15. §. 3. D. eod.* quod reſtitutorium recuperandæ poſſeſſionis, poſſeſſori rei immobilis, & omnibus quorum inter eſt. *l.15.l.qui in puteum 11. §.fin.D.quod vi aut clam.* quando

Beneficiũ l.1.C.si per vim vel al. mod.

Beneficiũ l.6. C. unde vi.

Edictum Prætoris de Novo Opere

in

in ſolo; non in Navi *l. vi facit. 20. §. 4. D. quod vi aut clam.* ht. hoc eſt contra prohibitionem. *l. de pupillo 5. §. meminiſſe, & l. 16. D. de op. nov. nunc.* aut clam, hoc eſt quod quis dolo celavit vel attentavit *l. 3. & 4. D. quod vi aut clam* aliquid fit, vel hæreditate jacente factum eſt *l. deniq; § quæſitum eſt 4. D. quod vi aut clam* contra ſingulos, qui fecerunt, utpote qui in ſolidum obligantur *l. ſemper adverſus 15. §. ſi in ſepulchro 2, D. quod vi aut clam,* ut ſuis ſumptibus in antiquum ſtatum reponant, fructusque & quod intereſt, reſtituant *l. is qui 11. §. quod ait prætor. 4. l. ſemper adverſus 15. §, hoc interdicto 7. l. competit. 16. § fin. D. eod.* contrà hæredes verò in id, quod ad ipſos pervenit *l. ſemper adverſus 15. §. hoc interdictum 3. De eod.* Interdictum remiſſionis, quod è contra jure ædificanti vel facienti, aut in omnem eventum de demoliendo caventi datur, *l. de pupillo 5. §. ſi is cui D. de operis novi nunc.* ne nuncians, & ex interdicto, quod vi aut clam, agẽs ipſum ulterius moleſtet *l. un. D. de remiß.* Interdictum de cloacis duplex, prius, ne quis eas, quæ ex ædibus ipſius in alienas pertinent præſtitâ damni infecti cautione purgare, aut reficere prohibeatur; alterum, ne quid in publicis fiat, aut immittatur, quod impedimento ſit, aut rurſum tollatur *ex l. 1. D. de Cloac.* Interdictum de arboribus, quæ pars ſoli ſunt *l. fructus 44. D. de R. I. l. ult. § fructus 6. D. quæ in fraud. Credit.* de jure Saxonico contra eum, qui in alieno fundo plantatas, aut fructiferas cædit, ad pœnam 30. ſolidorum; eum verò, qui doloſo & furandi animo auffert, ſub nocte, ad furcæ, ſub die, ad fuſtigationis pœnam LandtR. *lib. 2. art. 28.*

§. 5. Quin & circa res ſingulares planè mobiles, competunt quædam Interdicta & non multum diſſimilia beneficia ſummaria: Utpote, Interdictum utrubi, adæqvatum in omnibus interdicto, uti poſſidetis, quod, rerum mobilium, ſecundum Jus Canonicum, antiquioribus, & juſtioribus, non vi, clam aut precariò poſſeſſoribus *c. licet. 9. X. de probat. Bart. in l. 1. §. fin. n. 14. & ſeqq. item in l. ſi duo 3. n. 4. D. uti poßid. Bald. in leg. pen. num. 15. C. ſi à non competent. Jud.* Salvianum, quod Locatori adverſus conductorem vel colonum, pro adipiſcendâ poſſeſſione rerum invectarum, Illud de ſuperficiebus, quod conductori

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0024-1

ctori, Uſufructuario, Emptori ſuperficiei, & ſimilibus, adverſus proprietarium, re locatâ uti impedientem: illud de migrando, quod iisdem contra proprietarium res pro mercede non oppignoratas, aut eâ ſolutâ, quasvis detinere audentem *ex l.1.in pr. D de migrand.* Illud de precario, quod commodanti, re commodatâ, uti impedito datur. *ex l.1.D.de precario.* Et tandem circa pignora beneficium *l.ult.C.de Præt.pign.* Et interdictum pignoris, quorum illo creditori, pignus amittenti, hoc, debitori, cui iniquè ereptum eſt, conſulitur. Atque hæc ſunt principaliora ad minimùm, ſi non omnia interdicta, remedia & beneficia, quibus olim ſine longo Judicij ſtrepitu implorantibus ſubveniebatur, &, ſublatis licet formulis, quoad rem ipſam tamen, adhuc hodiè ſubvenitur. Quæ omnia ferè ſuperat Sereniſſimorum Saxoniæ Electorum Conſtitutio, de paratâ executione, quam merentur inſtrumenta Guarentigiata, Landes O. t. von verſetzten Brieff und Siegel/ *p.m.65.* quis enim non videt, hâc ſaluberrimâ ſanctione, omnibus interdictis celeriùs, creditoribus conſuli.

§.6. Eligat igitur Acturus aliquod, ſi competit, ſummarium remedium, quo deficiente, ad Actiones ordinarias deveniendum, quarum equidem nomen libello exprimere opus non eſt, ignorare tamen id ipſum, Advocati officio indigniùs nihil, *c.dilecti 6.X.de judic.Ungep.Exerc.15.q.6.* Quare breviter de ijs aliquid adjicere lubet, ſuntque vel Privatæ, vel Publicæ: quatenus iisdem vel privatorum, vel Reipublicæ utilitas & commodum quæritur, Privatorum novem diſtinctiones tradidit Tribonianus (1.) enim diſtinguuntur In Reales & Perſonales, quarum illæ jus in perſonâ, vel re, nobis conſtitutum; hæ debitum noſtrum perſequuntur. Reales iterum ſunt vel ſimpliciter in rem diſpoſitæ, quæ alias conſequentes & dependentes non habent, ut Rei Vindicatio, quâ, Directa quidem proprietarij, quos inter & legatarij numeratur, cui res furtiva legata *l.ſed nec legatario 11.D.de cond.furt.* proprietatem *l.in rem.24.D.de rei vind.* Utili verò Uſufructua-

D rij

rius, uſum fructum, Actio confeſſoria, quâ quis ſervitutem prædialem, vel perſonalem, in re alterius ſibi conſtitutam, perſequitur, & Negatoria, qua quis aſſerit, alteri, infundo, prætenſa jura non competere, & petit illū cogi, ut ab attentatione deſiſtat *§. æque ſi agat 3. J. de act.* vel Præjudiciales quæ alias, ex harum dijudicatione judicandas, habent conſequentes. Quales ſunt illæ, de ſtatu & Jure libertatis, civitatis, ſervitutis, agnationis, aut cognationis. Perſonales, quæ & in perſonam & condictiones appellantur, perſequuntur debitum aliquod, vel principale, vel acceſſorium, petentes, ſecundum obligationis præſcriptum aliquid nobis dari, rem transferri, operam præſtari, opus confici, jus conſtitui, aut ſimile quid fieri, quod antea non habuimus, Quædam ſunt Mixtæ, quæ origine quidem reales ſunt, ſimul tamen & debitum perſequuntur, Ut actio communi dividundo, quâ ex communibus rebus ratam noſtram portionem, & quod exinde nobis debeatur, Familiæ herciſcundæ, quâ ex communi hæreditate, noſtrā portionem, & quod ejus ratione nobis debetur, Finiumque regundorum, quâ rem noſtram in terminis ſuis reſtituendam, & ſimul, quod ejus ratione nobis debetur, perſequimur, (2) diſtinguuntur actiones in Civiles & Prætorias, Quarum illæ, Jure Civili, ut enumeratæ reales, & pleræque perſonales; Hæ Prætorum edictis ſunt introductæ, itidemque ſunt, *vel Reales*, ut Publiciana, qua bonæ fidei poſſeſſor rem ex juſtâ causâ ſibi traditam, & Uſucapionis conditione amiſſam, quaſi ſuam, *l. 1. §. 1. l. cum 2. l. quæcunq; 13. in pr. & l. ult. in fin. D. de Publ. in rem act. §. namq; ſi cui J. de act.* Reſciſſoria, quâ rem rem occaſione abſentiæ, vel captivitatis, quæ Reipublicæ causâ contigit, uſucaptam *l. 1. & tot. tit. D. ex quib. cauſ. major.* Pauliana, quâ id, quod in fraudem crediti alienatum eſt, reſciſsâ alienatione *§. item ſi quis in fraudem 7. J. de action.* Serviana, qua pignus legale, vel ex tacitâ conventione obſtrictum, *§. item Serviana 8 J. de acti. l. in prædijs 7. in pr. D. in quib. caſ. pig. vel hypoth. tacit. contrah.* Quaſi Serviana, ſeu Hypothecaria quâ rem expreſsâ conven-

tio

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0026-2

tione hypothecatam, ſeu oppignoratam quis perſequitur *d. §. item Serviana 8. J. de act. & ibi DD. Vel Perſonales*, ut Actio conſtitutæ pecuniæ, quâ debitum, iteratâ promisſione conſtitutum, & quod ejus ratione amplius debetur, *§. in Perſonam quoque 9. J. de act.* Actio de peculio, quâ debitum, à filiofamilias, vel ſervo, peculij ratione contractum *§ actiones autem 11. J. de act. t. t. D. de pecul.* Actio in factum ex Jurejurando, quâ id, quod in judicio poſtulante adverſario deberi juravit, perſequitur. *§. item ſi quis 12. J. de act. l. poſt rem judicatam 56. D. de re jud. l. 11. §. 3. D. de Jurejurand.* Diſtinguuntur (3.) actiones in rei Perſecutorias & Pœnales *§ ſequens illa 17. J. de act.* Rei perſecutoriæ ſunt, quibus jus noſtrum in re conſtitutum, vel debitum aliquod perſequimur, nam ſi nimis generaliter accipiamus, omnes actiones reales includentur; cum tamen hic tantùm illæ, quæ ex contractibus, vel quaſi, deſcendunt, rei perſecutoriæ dicantur, quo etiam perſonales, ex ijsdem contractibus, vel quaſi, ortæ, referuntur. Suntque, Condictio certi, ex mutuatione (nam aliàs condictio certi competit ex omni obligatione, quâ certum aliquid debetur, *l. certi condictio 9. in pr. & §. quoniam, Item §. competit. D. ſi cert. petat.*) qua debitum, mutuatione contractum *l §. rei perſequendæ 18. J. de act.* Condictio certi ſtipulationis, quâ certum debitum ſtipulatione contractum, *princip. J. de verb. oblig. l. Juris gentium 7. §. quod ferè D. de pact. l. certi condictio 9. §. quoniam D. ſi certum petatur* Actio ex ſtipulatu, quâ debitum incertum, ſtipulatione contractum. *l. ubi autem 75. in pr. & aliquot ſeqq. D. de V. O.* Actio commodati, Directa commodanti, *l. 3. § 1. D. commod.* contraria commodatario *l. in commodato 17. §. ſicut autem. it. § fin. D. commod.* competens, quâ debitum commodationis ratione contractum, Actio depoſiti, itidem Directa deponenti *§. præterea & is 4. J. quib. mod. re contrah. obl. l. 1. §. is quoq; D. de oblig.* Contraria depoſitario *l. apud quem 5. D. depoſ.* competens, quâ debitum depoſitionis occaſione contractum perſequimur, Actio empti, quâ Emptor Venditorem de evictione, vel defectibus rei venditæ, *Carpz. lib. 5. reſp. 46. & ſeqq.* convenit, ſi ſcilicet evictionis

 peri-

periculum poſt contractum emerſerit, quod ſi enim in ipſo contractus limine imminuerit, emptor precij retentione ſibi conſulere poteſt *l. ſi poſt perfect. C. de evict. l. habitationum § ult. D. de peric. & comm. rei vend.* Actio venditi, quâ Venditor precium, cum omni eo, quod intereſt, conſequitur, præ omnibus alijs emptoris Creditoribus, ſi hypothecam in re venditâ etiam extrajudicialiter reſervaverit *Carpzov. p. 1. conſt. 28. def. 20. & p. 2. conſt. 23. def. 16.* Actio locati, quâ conductor compellitur, ut rem, finito uſu, reſtituat, &, ſi quâ ex parte deteriorata ſit, quod intereſt, ſolvat, quo in caſu in litem jurari poteſt *l. ſi cui locaverim 48. § fin. D. locat. l. in actionibus 5. & l. tutor. 8. D. de in lit. Jurand.* Actio conducti, quâ conductor perſequitur, ut re conductâ, liberè uti frui posſit, ſiquid etiam inpenderit, ut reſtituatur. *l. ex conducto 15. D. locat. l. dominus borreorum 55 §. 1. l. cum in plures 60. §. Vehic. & l. pen. D. loc.* Actio pro ſocio, ut conferatur in ſocietatem id, de quoconventũ eſt *l. cum duobus 52. in pr. l. act. 65. §. pen. D. pro ſoc.* vel etiã damna & lucra communicẽtur *d. l. § cum duobus 52. § item ex facto, l. ſi unus 67. in pr. D. pro ſoc.* Actio mandati, Directa mandanti, ut Mandatarius transferat, quod mandati causâ ſecum habet, *l. ſi procuratorem 8. in pr. & § pen. & ult. l. ſi mandavero 17. l. ex mandato 20. D. Mand.* contraria Mandatario ad repetendum id, quod de ſuo ſolvit *l. idemq; 10. §. idem Labeo 9. l. ſi verò 12. §. ſi mihi 9. l. ſiquis 27 l. ſi mandatu 45. § ſi ſidejusſor 6. D. mandat. l. 4. C. eod.* competens, Actiones Pœnales ſunt, quibus pœnam perſequimur, nullâ accesſionis rei habitâ conſideratione *§. ex maleficijs 19. J. de act.* ſed cùm quædam partim ad rei perſecutionem, partim etiam ad pœnæ irrogationem tendant, meritò Imperator quasdam ſtatuit Mixtas eſſe. *d. § ex maleficiis 19. J. de act.* (4.) Diſtinguuntur actiones, ut ſint quædam ſimpli, quædam dupli, aliæ tripli, & non nullæ quadrupli. Simpli ſunt omnes reales juxta & perſonales, nec non rei perſecutoriæ *§. in ſimplum 23. J. de act.* Dupli ſunt, furti nec manifeſti *§. furtorum autem 4. & §. pœna manifeſti 6. J. de obl. quæ ex delic. naſ.* ſervi corrupti,

par-

partim rei perſecutoria, partim pœnalis §. *in duplum 24. J. de act.* Depoſiti contra inficiantem id, quod tumultus, incendij, ruinæ, aut naufragij cauſâ depoſitum eſt, §. *rei perſequendæ 18. verſ. planè §. ſed furti 27. v. ſed illa J. de act.* Actio ex Teſtamento, cõtra inficiantem vel exſolvere differẽtem legatum, aut fideicommiſſum, ad pias cauſas relictum, usq; dum â Magiſtratu cogatur *l. grege legatâ 21. l. quod in rerum 24. §. 1. l. quæſitum 91. ult. D. de legat. 1 l. 1. C. comm. de legat.* Actio L. Aquiliæ ad id, quod ratione damni, Injuriæve illatæ nobis debetur, puta ob ſervum, vel quadrupedem occiſos §. *illud non ex verbis 11. J. de L. Aquilia l. ait Lex 21. §. fin. D. ad L. Aqu.* Tripli eſt Actio condictitia ex Lege, quâ ab actore, qui doloſè plus in libello petijt, quo executores ampliores conſequerentur ſportulas, triplum illati damni repetitur §. *tripli 25. J. de act.* Quadrupli ſunt, Actio furti manifeſti, §. *item actio J. de act.* Actio quod metus cauſâ, quâ id, quod metu tali, qui in conſtantem virum cadit, extortum eſt, repetitur *l. 1. 2. & 3. D. quod met. cauſ.* Actio de vi bonorum raptorum *l. 2. §. 1. D. de vi bon. rapt l. 1. D. de effract.* Actio de calumniatoribus Prætoria, quâ quadruplum ejus, quod quis calumniæ cauſâ, ante, vel poſt Judicium acceptum, eripuit, vel de quo turpiter pactus eſt, intra annum repetitur *l. 1. & l pen. item l 3. §. hoc edicto D. de calumn.* Actio condictitia ex Lege contra viatores, quâ quadruplum ab illis, qui doloſè plus exegerunt, non Judicialium; ſed ſibi debitarum ſportularum cauſâ, vel, qui petierunt, ubi planè nihil debebatur, repetitur. *Nov 124. §. & hoc quoq;* ita tamen, ut ſimplum tantùm læſo, triplum verò Fiſco cedat. (5) Diſtinguuntur actiones, ut ſint vel bonæ fidei; vel ſtricti Juris. Bonæ fidei ſunt, quibus id, quod vel ex bono & æquo nobis debetur, vel abeſſe cenſetur, perſequimur §. *in bonæ fidei 31. J. de act. utputa:* Actiones Empti, Venditi, Locati, Conducti, Negotiorum geſtorum, Mandati, Pro ſocio, Depoſiti, Cõmodati, Pignoratitia, Familiæ herciſcundæ, Communi dividundo, Præſcriptis verbis, Æſtimatoria, de Permutato, Hæreditatis petitio, Item ex Stipulatu, & de Dote. Stricti Juris

 actio-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0029-2

actiones ſunt, in quibus id, quod aperto jure nobis debetur, tantum perſequimur, nec Judici licet ex bono & æquo declarare, quid præſtandum ſit, quales ſunt omnes actiones Reales, & Perſonales, quæ inter illas bonæ fidei non ſunt enumeratæ §. *actionum 29. J. de act.* Verùm, cum etiam in ſtricti Juris Judicijs, Judicis arbitrio non rarò amplius quiddam perſequamur, ſi Reus conventus, poſt interpoſitum arbitrium, ſeu latam interlocutoriam, non ſolvat, vel aliàs ſatisfaciat, ideoq; actiones quædam dicuntur Arbitrariæ §. præterea quaſdam *32. J. de act.* quales ſunt Rei vindicatio, Actio Publiciana, Serviana, & quaſi Serviana, ſeu Hypothecaria, & quod metus causâ, de quibus jam ante dictum eſt; item Actio de dolo malo, quâ id, quod ratione doli mali nobis abeſt, & debetur, perſequimur: De eo, quod certo loco, quâ debitum, quod certo loco ſolvi promisſum eſt, habitâ ratione illius loci, alio loco perſequimur: Ad exhibendum, quâ exhibitionem ejus, quod noſtrum, aut è bonis noſtris eſt, perſequimur: In factum adverſus nautas, caupones ſtabularios, quâ id, quod receptum eſt, & quod ejus ratione nobis debetur, perſequimur: In factum de publicanis, quâ id, quod â publicano, ejusve familiâ, ſuprâ juſtum vectigal exactum eſt, & quod ejus ratione nobis debetur, perſequimur: Actio redhibitoria, quâ redhibitionem ejus, quod morboſum vel vitioſum, aut alioqui non ſecundum Ædilitium edictum, ex emptionis & venditionis contractu, nobis traditum eſt, perſequimur; & deniq; Actiones noxales. (6) Diſtinguuntur actiones, quod quædam dentur in ſolidum, ut regulariter omnes, quædam non in ſolidum, eæq; vel ab initio ſtatim, ut Actio de peculio, & in rem verſo, vel ex poſt facto, ut Actio de dote, contra maritum, aut de quacunq; causâ, Liberorum, vel Libertorum, Sociorum & Donatariorum, contra Parentes, Patronos, Socios & Donatores, quantum ſalvis alimentis facere poſſunt. (7) Diſtinguuntur actiones quod quædam dentur ex facto ipſius Rei, ut regulariter omnes, ſecundum communem regulam; *quod res inter alios acta, tertium non ſtringat*

*l. de*

*l. de pupillo 5. § ſi plurium 5. in fin. D. de oper. nov. nunc.* cũ regulariter nulla ſubſiſtat actio, nec executio contra eum, cujus nomine contractum non fuit. *l. ſi non ſubſcripſiſti 15. C. de adminiſtr. Tut:* quædam ratione alienæ perſonæ, ob patriam ſcilicet, vel dominicam poteſtatem; qualis eſt anteà dicta Actio de peculio, Actio quod juſſu, Exercitoria, quâ id, quod cũ filio, vel ſervo, navi præpoſito, contractum eſt, Inſtitoria, quâ id, quod filius vel ſervus negotiationi, vel tabernæ, præfectus promiſit, aut aliàs debet, Tributoria, quâ ex filij, præſcitu patris, in peculiaribus mercibus, geſtione aliquid petitur, ſuprà item memorata Actio de in rem verſo, nec non Actio noxalis de ſervo, aut quadrupede, ad eorum deditionem. (8) Diſtinguuntur adhuc actiones in perpetuas, & temporales, quarum illæ vel ad centum usq;, prout contra Eccleſiam tanto vix tempore præſcribi dicitur, vel ſaltem ad quadraginta, aut etiam triginta annos dãtur, & durant; hæ ad certum tantùm tempus; uti ſunt Prætoriæ, & Civiles pœnales. (9) Deniq; diſtinguũtur Actiones in tranſitorias ad hæredes, quales ſunt civiles; vel nontranſitorias, quales ſunt pœnales.

§. 7. Et ſunt hactenus enumeratæ Actiones, quibus privatorum commodum; Publica verò Judicia, quibus publicæ rei tranquillitas intenditur, ne ſcilicet delicta maneant impunita. Et, quamvis, nullo præſertim exiſtente accuſatore, aut eo non idoneo, inquiſitoriè nihilominus procedatur. Quod ſi tamen delictum vel tàm publicum ſit, cujus vindicatio unicuiq; de populo competat. *§ 1. J. de publ. Jud.* vel Partis offenſæ intereſſe urgeat, quin & tunc ob crimina quævis proceſſus inſtitui poſsit, nullum eſt dubium, qui ordinariè, æquè ac in civilibus, peragitur, &, pro ratione delicti, vindicatio homicidij, adulterij &c. nuncupatur. Sed miſſa hæc facio, pauca de ſingulari & utiliſsimo, pro conſequendo eo, quod abeſt, vel debetur, fori noſtri remedio, Areſtum quod vocamus, prolaturus. Eſt autem illud duplex: vel reale; vel perſonale: Utrumq; à muliere, etiam curatorem non habente *Carpz. JP. F. p. 2. conſt. 15. def. 12.* Manda-

tario

ſtario etiam generali *per N.O.J. tit. 51. §.* Von eines anderwegen/ *ibi* daß Er gnugſam *mandat.* de plano *Dan. Moll lib. 3. ſem. 44. n. 8.* Domi, in viâ publicâ, vel quovis alio loco *Ruland. de Commiſſ. p. 4. lib. 4. c. 6. n. 5.* Die feriatâ *per cap. ſignificaverunt 21. §. verum pars altera X. de jud.* imò nocte *per l. non minorem, 20. C. de tranſact.* ob debitum, non quidem planè illiquidum, *Berl. p. 2. concl. 28. n. 49. & ſeqq.* licet quodammodò dubium *per N. O. J. tit. 51. §.* Wann aber in der außführung/ *verſ.* uffn andern aber ſoweit/ *Berl. p. 1. conc. 74. n. 167.* aut cujus dies nondum ceſſit, *Berl. p. 1. concl. 69 n. 12. & concl. 74 n. 25.* Si modò Judici, vel per aliquod inſtrumentum Torg. Ausſchr. *tit.* von Areſt/ *verſ.* es habe den der *Conſt. El. Aug. 29. p. 1. v.* mit außdrücklicher angebung aut ſaltem copiam, *Col: de proc. exec. p. 3. c. 11. num 80. Carpz. JP. F p. 1. c 29. def. 6. n. 8. cum ibi citat. Bert.* vel teſtes; quin & per juramentũ *Dan. Moll. p. 1. conſt. 29 n. 11.* quem ſequuntur *Carpz. ibid. def. 7. n. 9. & Berl p. 1. concl. 74. num. 87.* de debito, inſimul & conjecturis rationalibus, quod debitor bonis labatur *N. O. J. tit. 51. verſ.* und dann zum andern nec ampliùs ſolvendo exiſtat, *per c. lator. 2. X. de pignor. l. ob æs alienum 12. C. de oblig. & act. & c.* fidem aliquam faciant, ac deniq; , ni paupertate excludantur, *Tuſch. verb. cautio, concl. 375. n. 14 & ſeq.* cautionem de judice indemni ſervando præſtent, *Roſ. ad Moll. p. 1. c. 29. n. 20. v. ideo circumſpecti* ut puta, qui illegitimè procedens, non minùs, ac areſtans ipſe, injuriarum, & ad intereſſe, tenetur. *l ſi creditores 31 §. ult. D. de reb. auth. jud. poſſid. Mynſing. cent. 5. obſ. 69. n. 5* contra debitoris debitorem *Hering. de fidejuſſ. c. 19. n. 60.* impetrari poteſt Utrumq; etiam Judex legitimè requiſitus concedere, *arg. l. ult. C. de pœn. jud. qui mal. jud.* & ad Acta publica regiſtrare *Col: p. 1. c. 2. n. 107. v. judex inquam* tenetur. In eo verò differunt, quod Areſtum Reale etiam contra eas perſonas, quibus reverentia debetur, certis in caſibus. *arg. l. Imperator. Hadrianus 50. D. ad SCtum Trebell. l. ult. §. 2. C. de ſent. paſſ. & reſt.* & contra debitorem abſentem; *Dom. Arum. lib. 2. deciſ. 7. n. 24.* non verô contra hæreditatem, jacentem intra trigeſimum, *Nov. 115. c. 5. §. 1.* concedatur, ac ſi ejus petitio tribus vicibus non anticipando, nec coarctando

reno-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0032-5

renovetur, *Novel.El.Aug 29.p.1. & ibi Moll.n 1.* ultimoq; termino libellus offeratur *N.O.J. tit.51.* §. wann auch dieſe Form/ & citatio petatur, *ibid.* §. Wie aber nicht quæ, vel ad minimum notificatio, neceſſariò emanare debet, *ibid.* §. wann auch ein Kummer verſtattet wird/ quod tunc hypothecam judicialem, *ibid.* §. Crafft welches Er andern Gläubigern non quidem in bonis anteà alienatis *N. O. J. t. 48.* §. Es wehre dann das zuvorn/ nec alienis *Peck.de jur.ſiſt.c.16.n.5.* non item in alimentis, *l.ſi pupillus 33. & l.ult.D. de reb. auth. jud. poſs.* uti nec in ſtipendijs; ſed tantù bonis areſtatis, *Col:p.3.c.11.n.68.* & judicis iſtius jurisdictioni ſubjectis *N.O.J.tit 51.*§. es ſoll aber licet Reus ratione perſonæ nullum ibi ſortiatur forum *Carpz JP.F.p.1.c.29.def.20.n.3.* etiam in immobilibus, annuis penſionibus, *Peck.de jur.ſiſt.c.4.n 1.* Feudis *N.O.J.tit 51.*§ ſonderlich und wehr auch Lehns Herr/ libris etiam ſtudioſorum, licet malè *Pingiz.q.88. n.22.* ac ſalarijs Doctorum *per l.ſtipendia 4 C.de execut. rei jud.* ut alienata in ſubſidium revocari poſsint, *N.O J.tit.51.*§ wan auch ein Kummer tribuat, nec ſoli areſtanti; ſed & ejus ſocio *N. O. J. tit.51.* §. von eines andern wegen/ oder ſonſten. Ceſsionario, *ibid.* §.*fin.* hæredi, *Monach.p 20.c 6 n.3.& ſeqq.* aut fidejuſſori *N. O. J. tit.51.* §. Von eines andern wegen/ und da aber/ proſit. Areſtum verò perſonale concedatur in loco contractus *Nov.El.Aug. p.1.c.30.verſ.* daß allein die Perſonen non contra Nobiles, Doctores aut Studioſos *l.Medicos 6.C. de Profeſs. & Medic. auth. habita.C.ne fil pro part.* nec contra Legatos *l. conſenſiſſe 2.* §. *3. & l. ſi quis in legation 8.D.de jud.* non etiam contra mercatores in loco nundinarum *Nov. El.Aug.30.p.1* §. Wir wollen aber ſonderlich/ *& ibi Moll: n.6.* eorum inſtitores, aut quosvis ſubditos pro debitis Dominorum *d. c.30.* §. aber alle andere optimè tamen, contra fugitivos, quocunq; in loco reperti fuerint, *l ait Prætor. 10.§.16.D. quæ in fraud.cred.* Mercatores item ad nundinas commeantes extra emporium *d.c.30 §.ult. ibi* innerhalb der offentlicken Märckte/ aut etiam ibidem, ſi privilegio nundinarum, renunciaverint, *per regulam communem,* ut & de contactibus



duran

*Autatibus* nundinis celebratis, *l.19 § 2.D de jud.* nec non contra hæredes *l.ult.C.de impub. & al.ſubſt.*& Fidejuſſ. *l.91. §.4.D.deV.O.*

## THESIS IV.

### Judicem porrò competentem ut eligat, neceſſe eſt.

De Judice & fore competente.

§.1. Judex eſt vel ordinarius, vel delegatus, vel arbitrarius, ſeu Arbiter. Ordinarius, qui Magiſtratus Jure, vel ex ſpeciali lege; Delegatus, qui ex conceſsione, vel commiſsione alterius, *l.pen.D.de Jud. l.5. D. de re jud. l. ult. C. ub. & apud quem.* Ejus nempe, cujus Jurisdictio propria eſt. *l.3. D. de Jurisd.* cauſæ cognitionem habet, nec ſubdelegare poteſt, etiamſi à Principe delegatus eſſet, niſi & hujus perſona & induſtria ſpecialiter ſit delecta *c.ult.X. de offic. delegat.* vel poteſtas ſubdelegandi conceſſa. Cæterùm omnium cauſarum, etiam criminalium, reſtitutionis in integrum, & aliarum cognitionem hodiè demandari experientia decet. Judices autem eſſe poſſunt omnes, qui non prohibentur, vel naturâ, ut ſurdus, mutus, furioſus, impubes, *l.12.§. non autem D. de jud.Zang.p.2.c.4.n.28.Vant.de nullitat. ex defect. Jurisd.delegat.n.40.&ſeqq.Innocent. ad cap.ſuſcitat.X.de reſcript.* Cæcus quoq;, quamvis jam conſtitutus deponi nequeat, ut volunt *DD. in l. cæcus. D. de Jud.* cum Judicandi munus conſilio magis, quàm corpore expleatur *l.2.§. corporis D. de vacat.muner.* haud facilè eligendus eſt *per l.1.§.cauſam D.de poſtul.* Quemadmodum & de mulieribus conſtat, quod, licet quædam inventæ ſint heroes, feuda etiam ſine dubio concedere poſsint. *lib.2.feud.c.3.in fin.* ob ſexus tamen fragilitatem, judicandi munus indiſtinctè ferre nequeant *l.12.§.1.D.de Jud. l.2.& ibi DD.D. de R.J.* Vel lege, ut Jurium planè imperitus *Nov. 82.* quamvis aliàs illiteratus peritiores poſsit conſulere, minor 18. annis *l.1. §.3.D.de poſtul.* non item minor 25. annis, talis enim licet in integrum reſtitui poſsit *l.41.D.de recept. qui arbit. recep.* Judex nihilominùs eſſe poteſt, *l.57.D.de re jud.c.cum vigeſimum X.de offic. del.* Bannitus & excommunicatus, ſi verè ſit condemnatus. Quia tunc omni Juris communione eſt privatus. *Ord.Camer p.2 t.9 §.*

So

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0034-6

Sojemandt/ *verſ.* ſollen. Deniq; & infamis, ut puta, contra quem ad minimum de inhabilitate excipere licet. *Zang. p. 2. c. 4. n. 50.* Aſſeſſores etiam ſuos habere debent Judices ordinarij, qui in conſilio & Jurisdictione adſideant, *l. 1. & l. ult. D. de Aſſeſſor.* (Delegati non item, quia hi ipſi Juris peritiâ inſtructi eſſe debent *Nov.* 82.) in Camerâ equidem Imperiali ſanguine nobiles, vel gradu Doctoris, aut Licentiati nobilitatos, *Ord. Cam. p.* 1. *t.* 3. §. Deßgleichen in communi verò probos & peritos, quod ſi enim dolo iniquum jus ſuggeſſerint, pœna edicti, quod quis Juris in alium &c. coercentur *Specul. de Aſſeſſ. §. ult.* ſi verò ex imperitiâ hoc fecerint, Arbitrariâ aut illâ L. Aquiliæ pœnâ tenentur *Donell. lib.* 18. *c.* 2. *Ant. Fab. in ration. ad. l.* 2. *D. quod quisq; juris Schneidw. ad §. præterea, n. ult. J. ad L. Aquiliam.*

§. 2. Sed, cum unicuiq; conſtet, non omnes indifferenter Judices, in quavis causâ, cognoſcere poſſe, ideò è re videtur, monere litigaturum, ut competentem adeat, ſeu, quod in communi dicitur, forum eligat competens. Forum enim vel Forus dicitur promiſcuè, *Zaſ. in l.* 2. *§. his legibus D. de orig. Jur. n.* 7. & eſt locus, in quo lites exercentur, competens autem, in quo Reus, etiam invitus, reſpondere tenetur, nam in foro incompetenti aliter non reſpondet, niſi in illud conſenſerit, & Jurisdictionem Magiſtratus incompetentis prorogaverit, *l. ubi acceptũ 30. & l. is qui Romæ 34. D. de Jud. l. ſed & quia 5. D. de jurisd. Zang. p. 2. c. 1. n. 4.* Verum enim verò omne forum competens, vel commune, vel privilegiatum eſſe puto. Commune forum quod attinet, cum *Zangero p. 2. c. 1. n. 8.* illud quatuor potiſsimùm ex cauſis oriri ſtatuo, vel enim ex Domicilio, cui & origînis adjacet, vel ex cõtractu, vel ex delicto, vel ex re, de quâ agitur. Domicilij forum quod ſpectat, præſumitur illud eſſe in loco originis, *l. filios, 3. C. de municip. & origin.* niſi quis in alio, quàm originis, loco larem poſuerit, nec ſolùm advehendi & remeandi; ſed inſiſtendi & permanendi causâ ibidem commoretur, *Zang. d. l. n. 9. & aliquot ſeqq.* Verùm hoc non præſumitur; ſed à Reo, tale prætendente, probandum. Intentatâ etiam jam



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0035-1

dum actione, Reus antè cognito foro renunciare nequit; eò quod renunciatio litem motam præcedere debeat *l. domicilium 20. D. ad municipalem l. pupillus 239. §. incola. D. de V. S.* Cœterùm ſi quis etiam clericus quodam in loco domicilium ſortitus ſit, ſubjacet poteſtati Magiſtratus ſecularis, non minùs ac laicus, exceptis perſonalibus; ut puta, in quibus privilegiato gaudet foro. *Carpz. JP. Conſ. l. 3. def. 3.* Cum etiam officialis alicujus principis ſemper cum ipſo commorari ſoleat, ac ita domicilium ſub iſtius Jurisdictione poſuiſſe videatur, hinc forſitan nón inconcinnè ad forum domicilij referri poſſet, quod communiter ſtatuitur, hujusmodi officialem non, niſi coram ſuo Principe, conveniri poſſe. *Heig. p. 2. quæſt. 25. n. 13. & ſeqq. Berl. p. 1. concl. 2. n. 32.* niſi fortè quis pro privilegiato potiùs, quàm cõmuni, hoc agnoſcere velit. Sed de vagabundo quid dicam, qui nullum fixum habitationis locum elegit? niſi quod eo in loco, ubi commoratur, quamdiu illic eſt, ſi non verum domicilij, ſimile tamen quoddam forum, ſortiatur. Ad forum contractus tandem eſt deveniendum, in quo Reus itidẽ conveniri poteſt *l. hæres abſens 19. & l. 20. D. de jud.* non aliter tamen; niſi ibidem præſens inveniatur. *Matt. Col. de proc. Exec. p. 2. c. 1. n. 44. Carpz. l. 2. reſp. 30. n. 3. & per tot.* Nam licet nullus certus locus ſolutionis ſit præfinitus; in foro tamen contractus ad præſtandam eam compelli poteſt, *l. 1. & 4. D. de eo, quod cert. loc.* Si a. de alio certo ſolutionis loco convenerit, Reus, etiam in foro contractus repertus, nihilominus eò remittendus eſt, *l. 21. D. de obl. & Act. l. 3. D. de reb. auth. Jud.* Quemadmodũ nec mercator, aut alius contrahẽs, ibi locorũ, unde confeſtim poſt contractum celebratũ diſceſſurus eſt, conveniri poteſt, *Zang. de Except. p. 2. c. 1. n. 127. & ſeq.* ſi ſcil: cum Actore de futuro quodam ſolutionis termino convenerit; Cæterùm non ſolum in contractibus ex utraq; parte obligatorijs; ſed & in quaſi contractibus, & quoties quis alteri ex causâ quadam obligatur, procedit. *Carpz. l. 2. reſp. 29. n. 2 & per tot.* Speciale etiam eſt in tutelâ, ut puta, cujus rationes Tutor in loco geſtæ tutelæ reddere tenetur, licet domicilio anteà ibi habito legitimè reſignaverit, *p. l. 1. C. ubi de ratiocin. tam. publ. quam priv.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0036-7

*priv.ag.oport.l.neq; fœmina 54.§.1.D.de Proc.l.45.D.de jud.Carpz. lib.2.reſp.33.per tot.* Porrò & in loco perpetrati delicti quis rectè convenitur. *l.ſi cui crimen.7.§.pen.& l.fin. D. de accuſ.* Quamvis enim nullum ſit dubium, delinquentem in foro domicilij conveniri poſſe, ob delictum alibi commiſſum, non ſolùm, ſi ibidem deprehendatur, tàm inquiſitoriè, quàm per viam accuſationis, *Zang p.2 c.1.n.248.* ſed &, quando abſens, aut fugitivus eſt, ad Banni declarationem. Rauchb *p.1.q.50.n.11. Carpz.Prax.Crim.P.3.q.110 n.9.& ſeqq.* Sortitur tamen delinquẽs forum etiam in eo loco, ubi delictum perpetratum eſt, ſi nempe illud publicũ, *l.3.D.de offic.præſid.l.ſolent 7. D.de Cuſtod.Reor. l.1.& Auth quæ in provincia C.ubi de crim.ag.oport.* ſi etiam in illo loco conſummatum, nec tantùm cæptum ſit, *per ea quæ tradit Carpz.Prax.Crim.p.3.q.110 n.16.& ſeqq.* id quod principalius eſt foro ipſo domicilij, *l.1.in fin.C.ubi Senator. Auth. qua in provincia.C.ubi de crim.& ibi Weſ.in rubr.n.47.* ita tamen, ut Judex Domicilij, vel etiam deprehenſionis Reum captum, invitus remittere non teneatur, *Weſ.in π.de accuſat.n.8.Gail lib.1. de P.P. c.17.n.30.* Rauchb *p.1.quæſt.50.n.25.* niſi ultrò & ex urbanitate velit, id quod facere poteſt, nec ipſi per hoc præjudicatur. Ultimum reſtat Forum, quod quis ſortitur ratione rei controverſæ. In illo namque loco, ubi poſſeſsio poſtulatur, judicium rectè intentatur *l.un.C.ubi de poſſeſſ.l.unic. C.ubi de hæred.* Sic, qui legata, fidei commiſſa, aut hæreditatem petit, vel ſe immitti cupit, in loco, ubi res relicta eſt, & exiſtit, *l.unic. C.ubi fidei comm.pet.oport.l.ſed etſi 52.§.2.D. de jud. l.cum res 47. D.de legat.1.* vel ubi major pars hæreditatis invenitur, *d. l. unica C.ubi fideicomm.pet.oport.* actionem, vel petitionem ſuam rectè inſtituere poteſt, quamvis non negandum, etiam actione perſonali, in foro domicilij Rei ipſum experiri poſſe, *l.ſi fidei cõmiſſum 50.§.1.D.de jud.* Rei vindicatio quoq; eo in loco, ubi res ſita eſt, rectè intentatur, *l.fin.C.ubi in rem.l.38.D.de Jud.* Nec ſolùm res ipſa, quin & cauſa continens in hoc foro peti poteſt *l.3.& 10.C. de jud.l.ordinarij 13.C.de rei vind.c.1.X.eod.c.pen. X.de in integr.reſtitut.c.2.de reſcript.in 6to.* ſic cauſa proprietatis eo in loco

loco

loco, ubi poſſeſſionis quæſtio diſcuſſa eſt, rectè tractatur, quantum etiam aliàs hæ duæ cauſæ ab invicem ſint ſeparatæ *l.12. §.1. D.de acquir.poſſeſſ.* Denique & cauſæ præjudiciales, nec non emergentes, quemadmodum in alio foro principali, ita præſertim in foro rei ſitæ, ſunt diſcutiendæ *l.3.& l.nulli* 10.*C.de jud.l. fin.C.de ord.cogn.c.pen.in fin.X.de reſt.in int.* exceptis cauſis ſpiritualibus, quæ à judice laico ad Conſiſtorium remittendæ ſunt, Judicio civili interim pendente, *c.lat.5.X.qui fil.ſunt legit.Mynſ. l.1.obſ.*100.*Sichard.in l.3.C.de Jud.*

§.3. Et ita de præcipuis, ſi non omnibus competentis fori, ſeu Jurisdictionis, caſibus, quantùm hic loci licuit, actum eſt. Reſtat, ut pauca de privilegiato etiam foro afferam, quale ſortiuntur præ cæteris Clerici, ut puta, qui coram laico in perſonalibus conveniri nequeunt. *c.1.&* 12. *X.de for. compet.* In realibus enim, ſeu ratione rerum, quas poſſident, ipſos etiam in foro ſeculari judicium accipere, in Saxoniâ extra dubium eſt *per ord.Eccleſ.tit.* von *Immunit.* und Freyh. der Kirchendien. §. was aber ihn/ *& in ord.Polit.tit.* von *Conſiſtorial*ſachen/ *n.2.*§. und weil vors andere proximi his ſunt in foro privilegiato Studioſi, qui quàm diu ſtudiorum cauſâ in Academijs verſantur, à Magiſtratu oppidano in judicium trahi nequeunt; extra Academiam autem degentes, quod in quavis cauſâ à Judice iſtius loci ordinario ſententiam pati cogantur, experientia loquitur, Quamvis ex *Auth. habita C. ne fil.pro patr.* ipſis extra Univerſitatem quoque jus provocandi ad Magnificum concederetur meritò. Cùm iniquum tamen eſſet, ſi privilegia hujusmodi individuis concederentur, corpori autem denegarentur, ideò cum Dn. *Carpzov.JP.Conſiſt.lib.3.def.12.* propter ibi adductas rationes meritò ſtatuendum eſt, Academias forum haud ſortiri in Curijs Provincialibus, niſi conſuetudo obloquatur, præſertim cùm neminem facilè fugiat, Profeſſores æq; ac ſtudioſos ſtatutis iſtius loci, in quo degunt, haud obligari *Carpz.JP.F.p.3.c.12.def.*16. Sed unicum adhuc occurrit Forum privilegiatum, quod ſortiuntur perſonæ miſerabiles, ne extra provinciam ſuam in jus vocari poſſint *l.unica C.quand.Imp.int. publ.*

pupil. & ibi Sichard. n. 2. Quibus ita præmiſsis, facilè liquet, cauſarum reſpectu etiam forum competens vel minùs tale dici, quatenus nempe cauſa Eccleſiaſtica non, niſi coram Judice Eccleſiaſtico, feudalis coram Domino feudi, criminales coram eo, qui altam, ſeu ſupremam Jurisdictionem, vulg. die Ober-Gerichte/ habet, tractari poteſt. Quæ omnia circumſpectus Advocatus ante initum proceſſum expendere debet, ne inanis deſudetur labor.

## THESIS V.

### Litigaturus ante omnia Judicem imploret ut proceſſum decernat, &, Adverſarium citari, faciat.

§. 1. Supplicatio in communi dicitur, quæ Judici pro extrahendâ citatione offertur, ſcriptura. Quamvis enim in planè ſummarijs cauſis, oretenùs tantùm Judex pro decernendo termino implorari poſsit, ac ſoleat; In ordinarijs tamen proceſsibus in ſcriptis hoc fieri, obſervantiæ, nec juri contrarium eſt, *l. 1. C. de precib. Imper. offer.* ad id, ut Judex de intentione Actoris informetur, cujus hæc potisſima ſunt requiſita: Ut Judicis, nec non partis citandæ nomen, *Schvanm. 1. proceſs. Cam. 1. n. 10. Mindan. 1. proceſs. 6. n. 2.* Si perſona privata; quod ſi verò Civitas, vel Univerſitas ſit, tantùm Conſulum aut Syndicorum, *p. 1. ord. Camer. tit. 22. §. item* welche vel in ipsâ ſtatim ſupplicatione, vel in adjectâ quadam ſchedulâ exprimatur, *Mind. d. c. 6. n. 11. Schuanm. d. n. 10.* Id quod in concurſibus, præſertim Creditorum, non rarò accidere; imò & â Judice imponi ſolet, ut omnes, quorum intereſt, ſpecificentur. Dehinc factum, quantum fieri poteſt, breviter narretur, *l. ampliorem 39. §. in refutatorijs C. in Appellat.* cui Judex tamdiu fidem habere tenetur, donec ex reſponſione Rei contrarium pateſiat, *Gail. lib. 1. obſ. 119. n. 6. & ſeqq.* quamvis ſupplicans, falſa narrando, ſibi non conſulat, ut puta, qui ſub & obreptionis exceptione repellitur, & expenſarum refuſione coërcetur. *arg. c. 2. & c. ſuper literis X. de ſcript.* Aſt non ſufficit ſolùm factum narrare; quin potiùs medium aliquod concludendi adjiciendum eſt,

*De Supplicatione pro extrahendâ citatione.*

Requiſita Supplicationis (1.) (2) (3)

quo

quo Judex eò faciliùs de cauſæ juſtitiâ dignoſcere queat. Cui tandē petitio ipſa, de decernendâ citatione, præfigendo termino, & citando Reo, ad videndum, actionem proponi, nec non reſpondendum & audiendum, in caſu deficientis amicabilis compoſitionis, ſententiam, ſubnectatur, quâ deficiente Judici liquere vix poterit, quid ſuplicans voluerit. Ritè verò eâ conceptâ, Judex citationem denegare nequit, niſi ad id, quod intereſt, conveniri velit, ſed an præſcriptionem interrumpat ſola hæc ſupplicatio, in dubio eſt, & meo quidem judicio non aliter, niſi citatione ipsâ emanante interrumpitur, tàm annalis, quam longioris temporis, per ea quæ tradit *Carpz. JP. F. p. 2. c. 7. def. 4. & ſeqq.*

## THESIS VI.

### Perſpectâ ſupplicatione Judex citationem emittat.

Cujus hæc potisſima ſunt requiſita, (1.) ut ad inſtantiam partis decernatur *l. ad peremptoriam 68. D. de Jud. l. ſi accuſatoribus 4. C. de accuſ. l. fin. ibi poſtulante D. de bon. auth. Jud. poßid.* (2.) ut nomen Judicis citantis præmittatur, *Gail. lib. 1. obſ. 48 n. 6.* quod ſi enim is notoriè incompetens ſit, ipſi inpunè non paretur, *l. 2. D. ſi quis in jus vocat.* ſecus ſi in dubio adhuc ſit, tunc enim cum *Gail. d. l. n 8. & lib. 1. obſ. 16. n. 3. Item Wurmſer. tit. 6. obſ. 3. & aliis* ſtatuere conſultiùs eſt, ipſum comparere, & incompetentiam allegare debere. (3.) Si Judex Jurisdictionem ab alio delegatam habet, ut Commisſionis tenorem inſerat *c. cum in jure X. de offic. de leg. Wurmſ. tit. 2. obſ 3. n. 2. Mynſ. cent. 3. obſ. 1.* (4.) ut nomen & cognomen citandi exprimatur. *Gail. d. lib. 1. obſ. 49.* & omnes, quorum intereſt, citentur, *l. de unoquoq. 67. D. de re Jud. l. nam ita 39. D. de adopt.* R. G. O. *tit. 4. §.* würden auch. (5.) ut actor, ſeu qui citationem petijt, nominetenus manifeſtetur. *Gail. d. loc. obſ. 50.* (6.) ut citandus de causâ, cur citetur, vel per communicationem oblatæ petitionis, vel ad minimum, tenoris ejusdem inſtruatur, *c. præterea X de dilat.* quo deliberare posſit, cederene, an contendere velit, poteſt enim

De Citatione

aliàs

aliàs in termino adhuc ſpacium deliberandi petere. Quâ occaſione facillimè decidendam puto illam quæſtionem, an Reus in unâ causâ citatus, de alterâ, ad quam citatus non eſt, reſpondere teneatur? Utut enim quidam velint, ipſum ad reſponſionem cogendum, non tamen in meritis cauſæ quicquam extorqueri poteſt; quin potiùs deliberandi ſpatium, etiam in tali caſu concedendum eſt (7.) ut certum tempus comparitionis præfigatur, quod equidem de jure Saxonico peremptorium, ſex ſeptimanarum & trium dierum eſt, *Appell. ord. tit.* wie wieder die ausbleibenden Partheyen zu *procedi*ren/ §. würde er aber *Moll p.1. conſt 3 n.18. N. O. J. tit.10.* §. im fall aber *verſ.* und der von zeit an ſolcher *Inſinuation.* & currere incipit à die inſinuatæ Citationis *c. ſuper eodem X de Appell l.1. D. ſi quis caut* N. G. O. *d. loc.* (8.) ut locus, in quo comparitio fieri debet, deſcribatur, *l. aut qui aliter. §.1. D. quod vi aut clam l. ſi ut proponis 2. C. quom. & quand. Jud ſent.* (9.) Denique licet non de ſubſtantiâ; de validitate tamen citationis eſt, ut legitimè inſinuetur & relatio nuncij reportetur, *Gail. lib.1. obſ 55.* N. G. O. *tit.4. verſ* ſondern auch *& ſeq.* Quod ſi Reus latitet, & ipſemet impediat, quò minùs ad notitiam perveniat, nuncius citationem ad domum inſinuare, vel etiam portæ affigere poteſt, *Gail. d. loc. n.1. Berlicb p.1. concl.10. n.20.* Relatio autem illa per Actuarium ad Acta regiſtrari debet, *Gail. d. l. n.6. Mynſ. cent.6. obſ.10. n.10.* Cæterùm ſpeciales quædam ſunt citationes, quæ in ſubſidium, ut & aliæ, quæ per edicta fiunt. Quando enim duo Magiſtratus ſeparatas Jurisdictiones habent, unus ex alterius territorio Reum citare nequit, ſine implorato ſubſidio, *Nov.15. c.6. §.1. l.1. §. præſides 2. D. de requir. Re. l. quod promulgatis 2. C. de offic. præf. urb. Carpz. JP. F. p.1. c.2. def.27.* ad implorationem autem hanc Judex requiſitus, alterum meritò juvat, *l.2 C. de his qui latron. occcult. c. adminiſtratores 26. cauſ.23. quæſt.5. Panorm. in c. quoniam 14. X. de off. jud. ord.* Quando verò Reus adeò vagabundus, vel latitans eſt, ut non conſtet, ubi locorum citatio inſinuari poſſit, tunc ex obſervantiâ, non minùs ac de jure, edictalis citatio, in trium Dominorum territorijs affingada,

***De citationibus, ſubſidiariâ, & Edictali,***

F obti-

obtinet, *Nov.134.c.5.Clement.1.de Jud.Gail.lib.1.obſ.56.n.7.& obſ.57.Cöl.de proc.Exec.p.3.c.7.n.28 Wurmſ.lib.1.tit.6.obſ.8.*

## THESIS VII.

**Appropinquante jam termino Actor, quàm primum fieri poteſt, compareat, & actionem vel ſummariè proponat, vel libellum offerat ordinarium.**

*De Actione ſũmariâ proponendâ.*

§.1. Non parum diſcriminis intercedit inter Actionem ſummariè & ordinariè proponendam. Quamvis enim de jure Saxonico, in utroque proceſſu, partes ſua jura præciſê vivâ voce proponere teneantur, *p 1.conſt.1.& 9.ſub fin.ibiq; Moll.* Rauchb. *p.1.quæſt.1.n.6.& ſeq.* tàm ante, quàm poſt litis conteſtationem. *Daniel Moll.p.1.conſt.1.n 1.Domin.Arum.lib.2.dec.11.n.33.& ſeqq.* exceptis cauſis metallicis Berg Ordn. *art.101.tit.* wie die Partheyen recht zu verfahren/ *Moll p.1.c.1.n.7.* aliter tamen, & ſublato magis ſtrepitu judicij, in ſummarijs, quàm ordinarijs, proceditur. In ordinarijs etiam non raro libellus in ſcriptis offertur, & poſtmodum in termino ad ipſum fit relatio. *Roſa. ad Moll.p.1.conſt.1.n.9.Schult.p.1 obſ.2.n.15.Carpzov.JP.F.p.1.conſt.1.def.3.* Inſuper in actione ſummariâ proponendâ judicis compellatio præmittitur, & nomen partis ſubjicitur; ſecus in ordinariâ, ubi nomen & cognomen partis in frontiſpicio exprimi debet, ſub mulctâ quinque Thalerorum *N.O.J.tit.7.in pr. verſ.* auch bey ebenmäßiger Straffe/ *Carpzov.lib.3 reſp.5.n.47.* In ſummariâ porrò Documẽta ſtatim ad recognitionem, quæ litis conteſtationis loco eſt, quamque parata Executio ſubſequitur; *N.O.J.tit.24 §.* wenn auch gleich *verſ.* es wehren denn ſolche Uhrkunden/ *l.cum de indebito 25.§.ult.D.de prob. l.plures 19. C. de fid.Inſtrum.Carpzov.JP F.p.1. conſt.10. def.10. & 11. & conſt.17. def.10.n.3.& ſeqq.* in ordinariâ verò, & ubi accuratior requiritur diſcuſſio, Actor inanem navat operam, ſi unà cum libello inſtrumenta ſua probatoria exhibeat. *N.O. J.tit.24.§.* wenn auch gleich einer. *Felin. in c. cauſam X. de teſtibus & atteſtatis*

*quæſt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0042-0

*quæſt.11.n.6. Mod.Piſt.p.4.quæſt.155.n.8.& ſeqq & ibi Schult.in additione*, nihilominùs enim poſt litem conteſtatam eadem in vim probationis reproducere tenetur. *Berl.p.1. cond.43. n.39 Carpzov.JP.F.p.1.conſt.17 def.9.* in ſummariâ itaq; actione proponendâ Actor Judicem honorificè compellat, & pro termino gratias agat, poſtmodum factum breviter repetat, & Documentorum, ſi quæ producta ſunt, recognitionem exigat. Petitionem denique pro qualitate actionis ſubjungat.

§.2. In ordinario verò libello præmittatur nomen Actoris, titulus judicis, reſervationes & proteſtationes ſolitæ, exprimatur animus libellandi, factum perſpicuè narretur, medium concludendi proferatur, litis conteſtatio poſtuletur, & denique Concluſio ſubjiciatur, cum petitione refuſionis Expenſarum. *Carpzov.JP.F.p.1.c.2.d.11.n.1 & p.t.* Licet enim in foro noſtro articulatus non recipiatur; *Conſt 2.p.1* ſed ex officio, parte non opponente, *N.O.J.tit.5.* etiam, poſtquam in causâ proceſſum ſit, *Dan.Moll.ad d.c.2.n.3.& ſeqq.* rejiciatur, nec ex chartâ ipſum recitari permittatur, *Carpzov.JP.F.p.1c.1.d.2.* Licet quoque clarus & certus ut ſit, requiratur, *l.1.D.de edend. Gail.lib.1 obſ.62.n.1.* nec alternativus, *l.7.§.4.D.de injur.* aut plura, quàm tria diverſa capita, *N.O.J.tit.5.§ 2.verſ.* So aber die Clage Puncten/ vel diverſarum perſonarum jura continens, *ibid.verſ.* ſo einerley Perſonen admittatur, ſecus non ſolùm ſententia haud proficua ſperanda *Carpz.d.l.def.16.n.4.* ſed & Reus cum refuſione Expenſarum *Col ad c.examinata 15 n.35.X.de jud.* ab inſtantiâ abſolvendus, *Spec.lib.4.p.1.tit.de libellorum concept.§.ult.n.10. ibi cautus etiam ſis.* Licet denique is, nec in ipſo termino ſine refuſione Expenſarum *N.O.J.t.5.§.* So auch einer ſeine Clage v. würde aber der Cläger multo minùs poſt præſtitam guarandã, aut litem conteſtatam *Nov El. Aug.11.p.1.verſ* ſo ordnen und wollen wir/ *LandtR. lib.1.art.63.& l.3.art.14.* Weichb. *art.40.& 115.* Clauſula illa ſalutaris, de poteſtate addendi, & minuendi &c. licet adjecta ſit, *Berl.p.1.c.28.n.34.Carpzov.JP.F.p.1.c.11.d.4.cum ibi cit.* nequiden in ſummarijs *N.O.J.t.5.§.* So auch einer ſeine Clage immutari, aut

De libello.

Non debet esse articulatus.

Debet esse clarus et certus,

Nec alternativus

An libellus immutari possit? N.

aut anteà alternativus purè concipi, *Carpzov. d.l.def.8.* ſed nec imminui poſſit, per verba expreſſa in LandtR. *l.3. art. 14. ibi* beſſern und mindern/ne quidem ab hærede, *l. idem Pomponius 5. §. ult. D. de R. V.* Attamen in cauſis criminalibus articulos, ſuper quibus accuſatus examinari debeat, adjicere licet *Moll. p.1.c.2.n.7.* Uſu etiam invaluit, ut partes non rarò, & ante litem contestatam, de mutuis ſcriptis proponendis, compromittant *Berl.p.1.c.13.n.23. & Carpz. JP. F p1.c.1.d.5.* Ac plura capita, ex unâ causâ promanantia, *N.O.J.t.5. §.2* und hat dieſelbe in quovis judicio, in concurſibus autem creditorum, ut & cauſis ſuper operibus ruſticorum, ventilandis, etiam ex diverſis cauſis, *d.§ 2.verſ.* doch wollen wir hierunter in uno libello cumulari poſſe conſtat. Quemadmodum & hoc extra dubitationis aleam poſitum eſt, in cauſis mercatorum, *Hartm.Piſt. obſ. 180. n.23.Carpz.JP.F.p.1.c.2.d.10.* nec non, quando ex facto Rei petitio incerta redditur *Mynſ.cent.2 obſ.42.n.6. & ſeqq.* vel obligatio eſt alternativa, & electio penes debitorem *l. eum qui certarum 183. §.ult.D.de V O* aut quoddam de ejus perſonâ ſubeat dubium, ut cum actori non certò conſtat, quis hæredum ſe immiſcuerit, *l.1.§.2.D.quod legat. Hartm Piſt obſ 72.* Magiſtratus ipſe, an Reſpublica pecuniam mutuo acceptam in uſum converterit, *idem p.1.q.37.n.44. & ſeq.* & in ſimilibus caſibus, ut & in beneficio *l.2.C.de reſc.vend per c.dilecti 3. §. quia verò in arbitrio X.de empt.vend.* item ut pignus tradatur, vel debitum ſolvatur *c. ex literis 5. X.de pign.* pacto ſtetur, vel data reſtituantur, *l.cum proponas 17.C.de tranſ.* Res ſi extet, vel ejus æſtimatio præſtetur, *Gail.l.1.obſ.62.n.5.in med.* vendatur, vel ſolvatur, quod intereſt *Card.Tuſc.tom.5.Lit.L. in verbo libellus concl. 313. n.18.* ex jure Dominij, vel quaſi *c. ablatæ 3 de ſent.& re jud.in 6.* ut ſententia, tanquam nulla, vel ſaltem iniqua *c. conſtitutus 8.X. de in integr.reſt.* revocetur. Accuſatus etiam, vel condemnetur, vel torturæ ſubjiciatur, *l.ſi fundus 16.§ 3. D.de pignorib.* & ſi quæ Exempla ſunt ſimilia, quod tunc etiam libellus alternativus admittatur. Item in judicijs univerſalibus, poſt guarandam quoque & litem conteſtatam, ipſum mutandi copia non denege-

ge-

getur, *Carpz. JP. F. p. 1. c. 11 d. 13.* Inconcinnus etiam, parte præſertim non opponente, toleretur, *Hart. Piſt. obſ. 180. n. 22.* licentiaque declarandi, *l. ſi quis intentione 66. D. de jud.* aut ad minimum poteſtas aptius agendi concedatur, *Col. ad c. examinata, 15. n. 35. X. de re jud.*

## THESIS IIX.

Proximum jam eſt, ſi unus Partium ipſemet Judicio intereſſe impediatur, ut Procuratorem mittat.

§. 1. Procurator propriè eſt, qui ex mandato alienam cauſam in Judicio perſequitur *l. 1 §. pen. l. 71. cum l. ſeq. D. de procur. §. 4. J. de ſatisd. l. 4. C. de procur.* à quo differunt Negotiorum geſtor, & Defenſor, quod cauſam ſine mandato, utpote liberi, Parentes, fratres, affines, conjuges *l. 35 in pr. & l. 41. D. l. 21. C. de procur.* Conſortes litis *l. 1. C. de conſ. ejusd. lit.* niſi principales expreſsè contradicant, *l. 40. §. 11. D. de proc.* tantùm ſub cautione rati *l. 12 C. & l. 40. D. de proc.* tueantur, *l. 43. §. ult. l. 46. §. 1. l. 76. D. eod.* donec Dominus ipſe conſentiat, ex quo verè Procuratores fiunt, *l. 8. §. ult. & ibi Fab. in ration.*. Poſſunt autem Procuratores conſtituere, non infans; minùs mulier absq; Curatore, furioſus, aut mente captus, *§. 8. J. de inut. ſtipul. l. 5 l. 40. D. de Reg. J.* quamvis, ſi negotium utiliter geſtum ſit, datio illa convaleſcat, *l. 14. C. de procur.* nec, qui rerum Domini non ſunt *l. 1. D. & l. 8. C. de procur.* quamvis hi Actores dare, *l. ſi procuratorem 8. §. 1. D. mand.* ij etiam, qui alterius nomine in poſſeſsione ſunt, ſi dejiciantur, ſe ipſos ſine mandato tueri. *l 1 & ibi Cujac. in π. C. ſi per vim aut al. mod.* Omnes etiam alij, quorum intereſſe ſubinde verſatur, ut amici, Magiſtratus, aut è contrà ſubditi, illud in judicium deducere poſſint, *Gail. lib. 1. obſ. 133. n. 2 Wurmſ. t. 5. obſ. 18. n. 6.* Nihil tamen vetat, quin mutus & ſurdus, utpote qui per ſcripturam de mentis conceptu teſtari poſſunt. *l. 43. D. de proc.* ut & bannitus, cujus ſententia adhuc eſt ſuſpenſa, procuratores validè dent. Horum verò perſonas quod attinet, licet morbo chronico laborantes, aut reipublicæ causâ diu abfuturi, Procuratores dari non prohibeantur, vix tamen proderūt

*De Procuratoribus.*

conſtituentibus *l. 8. & l. 54. D. de procur.* Quemadmodum & contra infames, ſi de vitio conſtet, *§. ult. J. de exc. Ruland. de commiſſ. p. 4. c. 13. n. 14.* Reosq; criminis, quos vincula expectant, meritò excipitur *l. reum 6. C. de proc.* Cæterùm potentiores *l. 1. C. ne lic. potent.* Fiſcus aut Reſpublica *t. t. C. ne fiſc. & Reſp.* nec non ij, qui Magiſtratum gerũt, *l. pars 48. D. de jud. l. neq; 54. D. de proc.* Procuratores conſtitui haud debent, aut ad minimum adverſarius de ipſorum potentiâ excipere poterit, *Sich. in l. 2. C. de proc. n. 2. Donell. lib. 18. c. 11.* Quamvis enim in omnibus cauſis Civilibus, in Criminalibus quoq; ex parte Actoris *Conſt. Carol. c. 12. Reuſn. vol. 3. conſ. 3. num. 15. & ſeq. Gail. l. 1. de P. P. cap. 10 num. 3.* Procurator admittatur. Quamvis etiam per ceſsionem actionis, procurator in rem ſuam, ex parte Actoris Reo, etiam invito, detur, *l. 3. C. de hæred. vendit. l. 1 C. de novat. Schrad. de feud. p. 10. ſect. 18. n. 18.* dummodò non doloſè potentiori cedatur, *Schrad. d. l. n. 19.* ex parte Rei tamen nullus in præjudicium Actoris, neq; per ceſsionem, nec alio modo conſtitui poteſt. *l. ſi Actor. 29. D. de procur. Schrad. d. l. n. 35. & ſeqq. præſ. n. 56.*

§. 2. Verum enim verò, cum non ſufficiat aliquem incidẽter appellari Procuratorem, *Felin. in c. nonnulli 28. X. de reſcript.* Et licet mandatum quandoq; præſumatur, utpote ex eo, quod quis inſtrumenta vel documenta cauſæ ſecum habet, *Weſenb. in π. de proc. n. 7. ſub fin. verſ. ſi proferantur inſtrumenta, Wurmſ. lib. 1. tit. 5. obſ. 18. n. 7. & tit. 10. obſ. 2. n. 9. Gail. l. 1. obſ. 133 n. 4. Col: de proc. execut. p. 2. c. 2. n. 58. & ſeq.* id ipſum tamen non ſemper procedit: Ideoq; Procurator aliquo expreſſo mandato *l. 1. C. de procur. l. 5. §. ult. D. de præſcr. verb.* quod de ſubſtantialibus judicij. *Innocent. in c. 31. X. de offic. & pot. jud. deleg.* tâm ſummarij *Schrad. de feud. p. 10. in præamb. n. 32. Vant. de nullit. ex defect. mand. n. 3.* quàm ordinarij eſſe, eoq; deficiente, proceſſus annihilari dicitur, licet ſententia jamdum lata ſit, *l. licet 24. C. de procur. Vant. d. l. n. 59. & Schrad. d. l. n. 34.* opus habet, quod in primâ ſtatim poſitione, non, ut olim, ſub pœnâ contumaciæ, *teſtante Berl. p. 1. concl. 14. n. 21.* ſed tantùm ſub mulctâ quinq; Joachimicorum *N. O. J. t. 7. poſt princ.* producere, & ſi generale illud ad aliquot cauſas ſit, in unâ productum, in alterâ nihilominus reproducere debet. *N. O. J. d.*

l. §.

1.§. Wenn auch einer mehr den eine Sache hette/ *verſ.* ſondern umb mehrer richtigkeit willen/ & *verſ. ſeq.* Id quod facili negotio poterit, cum ipſi liceat originale ad ſe recipere, ſolumque transſumptum, â Notario auſcultatum, apud acta relinquere, *teſte non ſolum Boer. deciſ. 281. n. 6. ſed & quotidiana experientia.* Sed miſſis his, breviter diſpiciam, quænam eſſentialia mandati requiſita ſint. Quæ communiter à DD. hæcce traduntur, quis, quem, contra quem, & coram quo Judice conſtituat procuratorem, *Vant. d. l. n. 140. Weſenb. in π de procur. n. 7. Mynſing. cent. 4. obſ. 99.* Opus itaq; eſt, ut conſtituens mandatum ſimul ſubſcribat, & ſigillum apponat *N. O. J. tit. 7. §.* die Mandata und Vollmachten 4. quod ſi tamen literas exarare ignoret, per Notarium idipſum fieri, *N. O. J. d. l. §. 4. verſ.* und wer nicht ſchreiben kann/ ſi etiam ſigillo careat, citrà ejus appoſitionem mandatum extradere; cum conſignatio, & ſubſcriptio, aut eorum alterutrum duntaxat, conſenſum inducat; *l. ſicut 8. § non videtur D. quib. mod. pign. ſolv. Carpz. JP. F. p. 1. c. 17. def. 16. n. 4.* Imô & ſcribendi artis expers, & ſigillo orbus, judicialiter per Judicem aut Actuarium illud confici, *N. O. J. d. l. §. 1. ibi* oder ſonſten Gerichtlichen vollziehen laſſen / curare quin poſſit, nullum eſt dubium. Quantum etiam Reges, Principes, Comites, & ejusmodi Perſonas Illuſtres attinet, illorum propriam ſubſcriptionem haud requiri, ſed ſolius ſigilli impreſſionem cum Secretarij ſubſignatione, *Ord. El. Aug. poſt Viſitationem anno 1576. habitam promulgatæ, tit. Mandata* und Vollmachten/ §. Es mögen aber auch Graffen und Herrn. *Zang. de except. p. 2. c. 8. n. 27.* Uti non minùs in illis, quæ Civitatum & Univerſitatum Syndicis, tradi ſolent, Inſtrumentis, ſigillum cum ſolius Conſulis aut Præſulis ſubſcriptione ſufficere, *Conſult. Lipſ. & Witteb. tom. 3. p. 3. quæſt. 15. Rauch. p. 2. q. 1. n. 9. & ſeqq.* nemo inficias ibit. Id quod tamen ad villas, & pagos, haud extendendum eſt; utpote quorũ incolæ omnes & ſinguli nomina ſua ſubſcribere, *per ea quæ tradit Magnif. Dn. Carpzov. lib. 3. reſp. 9. n. 6.* viduarumq; & pupillorum ibidem repertorum causâ, Tutoria & Curatoria producere, *ibid.*

*n. 15.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0047-8

num. 15. & ſeqq. opus habent, quod ipſemet in Judicio Appellationum Dresdenſi Term. Mart. 1653. obtinui, & erant verba ſententiæ hæc: würde Appellant mitt vorlegung eines von der geſambten Bürgerſchafft zu N. N. unterſchriebenen Syndicats ſeine Perſon anderer geſtalt gebührlichen legitimiren &c. confirmabatur etiam in Term. Trinit. 1654. in inſtantiâ Leuterationis, his verbis: daß Appellant mit vorlegung eines richtigen Syndicats, vorigen Urthel nochmahls folge zuleiſten ſchuldig. Porrò, clauſulam rati & grati mandato inſeri neceſſe eſt. *Weſenb. in π. de procur. n. 7. verſ. illud etiam ſciendum, Wurmſ. l. 1. §. 5. obſ. 18. n. 1. Vant. d. l. n* 140. König *c. 12. n. 23.* Unde literæ, licet â mandante ſubſcriptæ & ſigillatæ, niſi hanc clauſulam rati, cæteraq; eſſentialia contineant, pro mandato legitimo non habentur, *Carpz. lib. 3. reſp 8. n. 5. & ſeqq.* Deniq; & clauſulam ſatisdatoriam mandato inſerendam eſſe, vult *Berl p. 1. dec. 80.* Contrarium tamen obtinui in ſuperiori, quæ hic eſt, Electorali Curiâ Term. Erhard. 1653. & erant verba ſententiæ hæc, daß beklagter ſeine Perſon zur nothurfft legitimiret. Sed de chartâ blancâ, quid dicendum ſit, ambigitur, utpote quâ â parte conſtituente transmiſſâ, Procurator clauſulas quaslibet adſcribere poteſt: Et partem quidem mittentem ad omne id, quod poſteâ in eo ſcriptum reperitur, obligari, vix dubitandum eſt, propterea quod facultatem inſpiciendi habuerit, & inſpexiſſe ac approbaſſe præſumatur *arg. l. 2. §. inſpectio 5. D. teſt. quemadm aperiant,* ex communi regula, quâ patientia ratihabitionem inducit, *l. alienationis 28. in pr. D. de V S.* & tacitè aliquid concedens, ubi contradicere poterat, pro conſentiente habetur. *l. ſi hypothecas 8. C. de remiß. pign. c. qui tacet 43 X. de R. J. in 6to. l. item quæritur 13. §. qui impleto 11. D. locati.* In judicio tamen chartam blancam propter falſitatis ſuſpicionem pro legitimo mandato non haberi, conſtat ex *Ordin. Chriſt. II.* wegen deß verſetzens/ *in calce* der *Appellat.* Ordn. *ſub lit. B. §.* demnach ſich auch die *Advocaten, & §. ſeq.* niſi ſtatim in termino extendatur. *per verba in d. Ordin. §.* dem nach ſich auch/ *ibi* Ihre *mandata* aber noch nicht uff die ihnen

Ihnen überſchickte Planquet geſtellet haben &c. dieweil aber diß/ *ibi* richtig geſtellet *mandat.* De cætero mandata ſunt vel generalia ad totam cauſam, vel ſpecialia ad unum vel alterum actum. Generale habens omnes actus cauſæ connexos & legitimos exercere poteſt, præſertim, ſi quidam actus ſpeciale mandatum requirentes, ſint expreſsi, & deinde clauſula generalis ſubjecta *Vaſq.lib.5. illuſt. quæſt.contr.16.n.ult. Vant.de null.ex def. mand.n.97.* Eoq; ſemel ſuſcepto, litem inſtitutam ad extremum usq; *l.invitus 17.C.de procur. Don.lib.18.c.16.* etiam in appellatione *l.8.§.igitur.D.mandat c. non injuſtè 14.X de procur.Gail. lib.1. obſ. 139.n.*11. & reconventione *Wurmſ. tit.5 obſ.6. per l.35 §.præterea D. de procurat.* perſequi tenetur; ſin minus, ad intereſſe conveniri poteſt, *Dambod.pr.Civ.c.229.n.9.* niſi forſan ſumptuum defectu excludatur, aut Domino teſtatò denunciet, ut, ſi conſultum putet, ipſemet litem ulterius pertexat, *d.l.8.§.igitur D.mandat gl.in c. non injuſte 14.verbo appellare X. de procur. Don.lib.18. c.16.* Deniq; finitur mandatum, de jure Civili, morte mandantis, *Gail.l.1.obſ.109.n.6.* finiebatur etiam nuperrimè adhuc, in Saxonia noſtrâ, eo modo; promulgato verò ſub auſpicio hujus anni Edicto, id ipſum immutatum, ac diſpoſitum eſt, ut mandata ad hæredes extendantur.

## THESIS IX.

Cum etiam de jure Saxonico Juramenti delatio obtineat, Actor, ſi velit actionem ſuam, vel integram, vel ex parte conſcientiæ Rei cõmittat.

*De Juramẽti delatione.*

§.1. Plurima equidem de juramentis, eorumq; generibus afferre poſſem, ni inſtituti ratio me excluderet; de delato autẽ paucula monebo. Id quod omnis is, qui rerum ſuarum liberam adminiſtrationem habet. *l.jusjurandum 17. §. pupillus* 1. & §. *ſi tutor. 2.l.20.* & 21. *l.tutor.35.§.1. D. de jurejurand.* in omnibus cauſis civilibus, *per N.O.J. tit* 18 *in pr.* licet planè nihil probaverit, *ibidem* etiam in cauſis matrimonialibus, pro eo, *Schneidw. ad §.item ſiquis* 11. *J. de act. n.26.* ut & in cauſis Injuriarum, planè civiliter intentatis; *Roſa ad Moll.p.4.conſt.42.n.14.* non verò in

nalibus, *Beuſt. ad l. ait Prætor. 3. D. de jur. jur. n. 56.* & ita nec cauſis Injuriarum, criminaliter intentatis *Col p. 1. deciſ. 141. n 7. & ſeq.* minùs contra matrimonium, *Borchold. de jur. jur. c. 5. n. 23.* aut in actione ſpolij, vel ubi de impugnatione Teſtamenti agitur, *Moll. p. 3. conſt. 5. n. 16. & ſeqq.* & quoties probatio per modum cōditionis requiritur, *Hartm. Piſt. p. 4. q. 13. num. 11. it. n. 26 & ſeq.* omnibus etiam pupillis & minoribus: *l. qui juraſſe D. de jur. jur.* perſonis item, in dignitate egregiâ conſtitutis *l. ad perſonas 15. D. eod.* Licet præſumptionem aliquam juris pro ſe habeant, *Hartm. Piſt. p. 4. q. 13 n 3. 4. 17. 18. & 19.* nihilominus deferre poteſt, cujus hæc potisſima ſunt requiſita (1) ut Actor, delaturus hoc, non ſolùm ante litem purè conteſtatam; ſed & ante Guarandā præſtitam faciat, ni alterutro horum excludi velit, *Nov. El. Aug. 11. p. 1. ſub fine, & ibi Moll. n. 8. & ſeqq. N. O. J. d. tit. 18. §.* Jedoch das er es/ *ibi* wann aber die Gewehr angelobet/ oder lis conteſtiret. Nec prodeſt ipſi proteſtatio & reſervatio poteſtatis deferendi, Gvarandæ & Litis conteſtationi præmiſſa. *N. O. J. ibi* ob er gleich zuvor derentwegen *proteſtiret, Hartm. Piſt. p. 4. q. 22. n. 8.* Quod ſi tamen guaranda actu corporali nondum præſtita, nec lis purè; ſed ſaltem eventualiter conteſtata ſit, facultas deferendi adhuc ſuper eſt. *N. O. J d. l.* Prout etiam, ſuper quæſtionibus incidentibus vel emergentibus, eam poſt litem, quāvis principalem, conteſtatam, nemo denegabit. *Dan. Moll. p. 1. c. 11. n. 9. & ibi Roſa, faciunt quoq; quæ Mænoch. lib. 1. arbitr. quæſt. 45. n. 1.* (2) Ut ſuper tali facto, quod probare diffidit, ab initio ſtatim juramentum deferat, nec probandi onus, in illo ipſo articulo (in cæteris enim, ut & circumſtantijs adjacentibus poteſt, *N. O. J. d. t. §.* Es wird aber auch) in ſe recipiat, quo ſemel aſſumpto, facultas ad juramenti delationem revertendi eripitur *l. ſi quis jusjurandum 11. C. de reb. cred. & jurjur. N. O. J. d. tit. §.* Do aber der beklagte/ *ibi* nach aufferlegten beweis aber. Eo tamen ſemel delato, adhuc Actori liberum eſt, ad probationes cōfugere, etiam poſt guarandam præſtitam, & litem conteſtatam; non verò poſt factam â Reo acceptationem, aut latam deſuper ſententiam. *N. O. J. d. tit. §.* Ob nun wohl der Cläger/ *ibi* wann

es nur

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0050-5

es nur geſchicht. (3) Ex parte Rei, ut vel referat, *N.O.J d. tit* §. ferner die relation belangende. Poteſt autem referri, non judiciale, *per totum contextum &* §. es hat aber dieſer Eyd *d. t. N.O 9.* nec ſuppletorium, *per ea, quæ in ſimili de hoc juramento præciſè præſtando tradit. Berl. p. 1 concl. 37 n. 8.* nec id, quod ſuper editione Inſtrumentorum *N.O.J. t. 26.* §. es ſollen auch ferner. *ibi.* vnd könte jhn den Gegentheil nicht *referiren*, aut ſuper manifeſtandâ hæreditate delatum, *l. præſenti 6. §: 4. verſ. ſicubi C. de h. §. qui ad Eccl. conf. Berl. p. 1. concl. 31. n. 32 & concl. 32. n. 46.* Sed tale, quod non ſolùm de facto proprio, ſed & de credulitate alieni facti conceptum eſt. *N.O.J. d. t.* §. vnd ob wohl *cum § ſeq:* Hac inſuper Reo permanente liberâ poteſtate, ut conſciētiam, ſi adhuc intra octiduum poſt latam ſententiam ſe obtulerit, ſecus, ſi juramentum expreſſè acceptaverit, *N.O.J. tit. 19. in princ. ibi* jedoch das er deſſen/ probationibus exonerare, &, ijs deficientibus, adhuc ad præſtationem juramenti admitti poſſit. *N.O.J. ibid.* §. Wan nun einer ſich *verſ.* wan ers aber nicht gnug erwieſe. (4) ut Reus juramentum calumniæ exigat, prout regulariter â quovis deferente, *per ea, quæ latius tradit. Berl. p. 1. concl. 30. n. 8. & ſeqq.* tantùm in juramentis delatis; non judicialibus, ſuppletorijs, aut ſuper hæreditate manifeſtandâ, vel documentorum editione injunctis, *N.O.J d. t. 18* §. Es hat aber dieſer Eyd. etiam poſt latam ſententiam, in impetratione citationis poteſt, *N.O.J. d. t.* §. nach dem auch derſenige/ *verſ.* damit aber gleichwohl. quodque deferens, non item ejus hæres *l. qui in alterius 42 D. de R. J. Berl. p. 1. concl. 31 n. 25.* in propriâ perſonâ præciſè præſtare tenetur, L. O. H. G. O. *tit* wenn ein auffgelegter Eyd geleiſtet ſoll werden Land R. *lib. 1. art. 46.* nec deſuper novum juramentum calumniæ exigere valet *Zobel. p. 1. differ. 24. n. 2. Schneidw. ad §. item ſiquis poſtulante 11. J. de Act. n. 94.* aut, ſi recuſet, Reus juramento ſibi delato ſuper ſedere poteſt *N.O.J. d. t. 18* §. nach dem auch der jenige *in fin. ibi* würde aber der *deferent.* (5.) ut Reus, ſi placuerit, in proceſſibus ordi-

 nari-

tarijs, non item in executivis, *Dan. Moll. lib. 3. ſemeſtr. 36. Zang. de except. p. 3. c. 26. n. 119. & ſeqq.* ſuper exceptionibus ſuis itidem juramentum Actori deferat, quandocunq; velit, dummodò ante ſententiam, quâ probatio harum injungetur, aut adhuc in Leuteratione fiat, *N.O.J.d. t.* 18. §. Da aber der beklagte/ (6.) Ut forma impetrandæ Citationis obſervetur, quamvis enim in curijs Electoralibus, & ſupremo Appellationum, non niſi in proximò; *Berl. p. 1. concl.* 10. *n.* 6. in inferioribus judicijs autem in termino à Judice præfixo, licet is ſpatium ſex ſeptimanarum & trium dierum excedat, præſtetur, *Moll. p.* 1. *c.* 16. *n.* 1. offerat ſe tamen præſtiturus, intra octo dies poſt rem judicatam, vel deciſam in Appellatione quæſtionem, apud Judicem iſtius, vel prioris inſtantiæ, nec anticipet, neceſſe eſt. *N.O.J.d. t;* §. Wann nun alſo/ exceptis cauſis matrimonialibus & criminalibus. *ibid. in fin.* Secus juramentum habetur pro deſerto, licet quis intra terminum Saxonicum ſe offerat. *Carpz. I.P.F. p.* 1, *c.* 12. *def* 8. (7) deniq; ut in loco Judicij publico; ab Illuſtribus perſonis verò in conclavi quodam, ubi nihilominùs talia tractari ſolent, præviâ ſufficienti commonefactione, præſtetur, *N.O: I: d: t:* 18: *in fin:* ni pars deferens in totum remittere velit, quod equidem poteſt: *l: ſi non erit juratum* 5: §: *ult: l: ſeq: l: nam poſteaquam* 9: §: 1: *D: de jure jur: l: actori* 8: *C: eod:* & *alijs.*

## THESIS X.

Propoſitâ itaque ab Actore vel ipſo, vel per Mandatarium actione, delatove juramento, Reus, ni contumaciæ accuſari velit, compareat, & omnium primo Exceptiones ſuas dilatorias & litis ingreſſum impedientes, aut etiam præjudiciales opponat, his verò deſtitutus, litem conteſtetur, peremptoriasque ſubnectat,

*De Contumaciâ* §. 1. Is nempe citationis effectus eſt, ut citatus neceſſariò comparere teneatur *Bald. in l. cum fratrem 9. C. de his quib. ut indign.*

*indign.* quod ſi citationē reſpuat *c. quoniam frequenter 5. §. porrò ſpeciales 1. v. ſeu quia malitioſè, X. ut lit. non conteſt.* planè non, *l. contumacia 53. §. 1. D. de re jud.* vel imparatus compareat, *l. de ætate 11. §. 4. D. de interrog. in jur. fac. Rauchb. p. 1. q. 2. n. 7. & ſeqq.* aut juſto citiùs recedat *Rosb. tit. 30. n. 8.* contumax dicitur, tàm Actor, quàm Reus, hoc ſaltem obſervatò diſcrimine, quod alia Actorem, quam Reum maneat pœna. Illum enim, quod attinet, non quidem totâ ſtatim actione *Carpzov. lib. 2. reſp. 48. n. 13. & 17.* niſi forſan intentatâ prius à Reo practicâ, *authenticæ, qui ſemel C. quom. & quand. jud. de qua latius Chil. König. cap 36. §.* aber hier auff iſt zu mercken/ 3. Sed tantùm inſtantiâ cadit, ad expenſarum refuſionem, & præſtandam cautionem de lite proſequendâ compellitur *N. O. J. tit. 10 in princ.* nec Reus reſpondere tenetur, priusquam Actor expenſas in numeratâ pecuniâ ſolverit, *c. actor & c. prout X. de dol. mal. & contum. l. properandum §. & ſiquidem pars actoris cum ſeqq. C. de judic. König. c. 36. in pr. & §. 1.* cautionemque præſtiterit, *c. 1. X. de dol. & contum. in 6to c. 1. de except. in 6to Rosb. tit. 30. n. 18. N. O. J. d. l.* Hunc verò, quod concernit, de jure Saxonico primâ vice, ſi de legitimâ citationis inſinuatione non conſtet, aut abſentiam per literas nimis ſerò, vel in ipſo termino, excuſaverit; vel etiam comparuerit, aſt reſpondere, litemve conteſtari recuſaverit, pro circumſtantiarum ratione in expenſas, *per N. O. J. tit. 10. §.* im fall aber/ *verſ.* ſonſten aber & §. dieweil ſichs aber *v.* abergleich wohl ihres nicht erſcheinens *Berl. p. 1. concl. 17. n. 95. Carpz. JP. F p. 1. c. 9. def 19. & lib. 3. reſp. 30. n. 2.* Quod ſi verò de inſinuatione certò conſtet; nec alia circumſtantia ſubſit, quæ rigorem mitigare poſſit, ſtatim in illo, aut ad minimū ſecundo termino nō obſtante Actoris petitione inconcinnâ *Carpzov. JP. F. p. 1. c. 9. def. 5.* aut Rei, comparere recuſantis, præfractâ contumaciâ, hoc eſt, licet dicat expreſsè, ſe comparere nolle. *Zobel. p. 1. dif. 16. n. 19. Schult. ad Moll. p. 1 dec. 104. n. 35. Carpzov. d. l. def. 6.* usque ad legitima impedimenta, bis auff ehehafft und behelffliche wieder rede/ *gloß. lat. ad* LandtR. *lib. 2. art. 9. lit. a verſ intelligitur hic articulus gl. ord. ad* LandtR. *lib. 2. art. 24. verſ.* ſo vortheilet

 mann

man ihn *n.3. N. O. J. tit.* 10. §. im fall aber der beklagte Et denique tertiâ vice, ſi vel iterum non compareat, vel compareat quidem, ſed impedimenta ſufficienter non deducat, in amiſſionem cauſæ condemnatur, & non minus, ac ſi confeſſus & convictus eſſet executivè contra ipſum proceditur *N. O. J. tit.* 10. §. im fall aber der beklagte/ *verſ.* im gegenfall da er ſolche ehehafften/ *Teub in proc. c. 9. v.* auff abermahls beſchuldigten ungehorſamb/ *Rauchb. p. 1. q. 1. n. 2.* Ad hoc autem, ut quis tàm rigoroſâ Juris Saxonici pœnâ afficiatur, requiritur non ſolùm, ut citatio peremptoria, legalem terminum ſex ſeptimanarum & trium dierum continens, præceſſerit; *N. O. J. t.* 10 § im fall aber *verſ* jedoch das mann in alle wege zuvorn/ König *in proceſ. c. 35 n. 1. v.* oder einmahl *peremptorie* ſed &, ut contumacia partis emanentis accuſetur *N. O. J. d. l. verſ.* ſol er alſo denn auff fernere beſchuldigung *faciunt l. ad peremptorium 68. D. de jud. l. properandum 13. §. 1. C. eod & auth. qui ſemel. C. quomod. & quand. jud.* præterlapſo nempe omni tempore, quod habendo judicio ad quartam usque pomeridianam patet, König *d. l. n. 2. verſ.* es mus aber der gehorſame Parth einen gantzen Tagk/ *gloß in §. omnis ſtipulatio, verbo, tribui J, de verb. obl.* Cæterùm non deſunt caſus excepti, in quibus ad contumaciæ pœnam procedi nequit, utpote, ſi libellus fuerit ineptus *ſpecul. lib. 1. p. 2. tit. de accuſat. col. 3. verſ. & nota quod ubi libellus eſt ineptus* vel ipſius proceſſus nullitas appareat, *Hippol. de Marſil. Prax. Crim. § poſtquam n. 57.* vel contumax ſit minor, mulier, vel ruſticus, contra quos non facilè in contumaciam proceditur, niſi de ipſorum dolo certò conſtet, *Paul. Caſtr. in l. ubi exigitur 8. D. de edend. n. 3.* vel judex præfinitô die non ſedeat pro tribunali *Berl. p. 1. concl. 17. n. 100.* vel contumax ante publicatam ſententiam condemnatoriam è vivis decedat, *Bart. in l. ult. § quod ſi actor. C. de jurjurand. propt. calum. dand.* Vel denique contumax legitmè impeditus ſit, & impedimenta ſufficienter deducere poſſit, *Dan. Moll p. 1. c. 10. n. 7. Col. part. 1. deciſ. 104. n. 13. Carpz. JP. F. p. 1. c. 9. def. 3.* Communis enim eſt

opi-

opinio, quod in contumaciam condemnatus, nihilominus ad probationem impedimentorum, & purgandam contumaciam ex legitimis abſentiæ cauſis, admittendus ſit, *teſte Gail. lib. 2. de PP. c. 8. & de Areſt. c. 10. n. 23. Jul. Clar. Prax. Crim. §. fin. q. 44.* In quo equidem circumſtantias omnes attendendas eſſe puto. Verùm, utut ſit, ſive poſt interlocutoriam tantùm, ſive etiam poſt latam condemnatoriam impedimenta deducenda veniant; expedit tamen noſſe, quæ nam ſint illa, quæ in jure dicuntur legitima, nam non quævis affectata excuſant *l. properandum §. ſin autem & ibi DD. C. de jud. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 7. def. 17. n. 11.* Sed Captivitas, LandtR. *lib. 2. art. 7. in pr. ibi* vier ſachen ſeind/ *Col. de proc. execut. p. 1. c. 2. n. 21.* Ægritudo, non levis, quæ citati expeditiones haud impedit, ſed præ cæteris morbus ſonticus, LandtR. *d. l. l. contumacia 53. § pœnam 2. & l. quæſitum 60. D. de re jud.* etiam conſanguineorum. *Zang. de except. p 2. c. 9. n. 13. Zobel p. 1. diff. 17. n. 2. Berl. p. 1 concl. 17. n. 49. Carpzov. JP. F. p. 1. c. 7. def. 8.* aut funus ipſorum, quod circa præfixum terminum ducendum venit *Schult. in addit. ad Col. p. 1. deciſ. 104. n. 33. Mynſing. cent. 4. obſ. 57. n. 6.* Item ſi mulier citata ſit prægnans, aut non dudum è puerperio levata, *Carpzov. d. l. def. 8 n. 2.* vel peſtilentiæ periculum immineat, *Gail. lib. 1. obſ. 52. n. 11. Zobel. p. 1. differ. 17. n. 3.* Locus comparitionis ipſe non ſit tutus *Menoch. arbitrar. quæſt. lib. 2. cent. 2. caſ. 153. n. 10. & ſeq.* vel iter ab hoſtibus obſeſſum *Boer. deciſ. 40. n. 1. & ſeq.* Porrò & abſentia neceſſaria, vel ob peregrinationem ſuſceptam LandtR *d. l. Col. de proc. exec. p. 1. c. 2. n. 21.* vel negotium aliquod publicum expediendum LandtR. *ib. Zang. p. 2. c. 9. n. 13.* vel denique captivitatem perpeſſam, LandtR. *Coler. & Zang. dd. ll.* legitimis impedimentis annumeranda venit. Imò quævis cauſa, quæ de facili removeri nequit, uti inter cæteras etiam Advocati carentia, ſi alterius copia non extiterit, *Maſcard. de probat Vol. 1 con. 468. n. 26.* à contumaciâ excuſare poteſt; Ita tamen, ut impeditus cauſas illas abſentiæ, non quidem ordinariè, nec quod diligentiam in removendis eis adhibuerit, *Matth. de Afflict. deciſ. 29. n. 7.* ſufficienter tamen, *N. O. J. t. 10. §.* im fal *ibi* und folgenden Termin *teſtibus Damboud. Pr. Cr. c. 25. n. 9.* documentis *Carpzov. JP. F. p. 1. c. 9. def. 10. n. 4:* vel

*De legitimis impedimentis.*

4. vel etiam juramento ſuo *Carpzov.d.l.déf* 11. probet. Quô facto omnia in priſtinum ſtatum redeunt, ac ſecundum juris ordinem denuò proceditur, *Col.p.1.deciſ.*104.*n.*33. *Carpzov. d.l. def.*13. quin & purgatâ ſemel contumaciâ, Reus denuò contumax, non tamen amisſione cauſæ punitur, priusquam rurſus ad legitima impedimenta fuerit condemnatus *Carpzov. lib.*5. *reſp.*27.

§.2. Et hæc dicta ſufficiant de eo caſu, ſi Reus contumaciter emanſerit. Quod ſi verò imminentem pœnam evitare velit, optimè rebus ſuis proſpiciet, ſi comparuerit, & ante litem conteſtatam exceptiones, primo omnium dilatorias, poſtmodum & litis ingreſſum impedientes, oppoſuerit. Exceptiones enim, quas ne pesſimo quidem, uti nec bannito denegandas dicunt DD. *Gail.de PP.c.*12.*n.*19 *& ſeq. Ayrer.proc.hiſt.p.*1.*c.*6. *obſ.*2. *n.*6. quadruplices eſſe puto I. dilatorias, II. Litis ingreſſum impedientes, quæ & litis finitæ dicuntur III. Præjudiciales, IV. Peremptorias, Dilatorias quod attinet, concernunt ea, vel

*De Exceptionibus dilatorijs.*

(1.) Perſonam Judicis, quo referuntur, exceptio Judicis ſuſpecti, coram quo litigare periculoſum eſt, *l.*16.*C. de jud.* Unde Ordinarius æque ac delegatus *c.*4.*X de for. compet.c.* 61.*X. de appell:l* 16. *& l.ult. C.de judic.* Ità tamen ut illi ſaltem adjunctus detur, auth. offeratur *C.de lit. conteſt.auth.ſi verò C. de judic.Nov.*80.*c.*2 *Gail.lib.*1.*obſ* 33.*in pr.* quin & totum collegium, ſi vel ſingula univerſitatis membra, vel major pars, vel is ſaltem, cui reliqui non facilè oblocuturi ſunt, ſuſpicione graventur *Zang.p.*2.*c.*4.*n.*15. *& ſeqq.* cujus cauſa, utpote, ſi ſit inimicus, aut recens conciliatus, Rivalis, adverſarij agnatus, affinis, amicus familiaris vel ſimilis, coram ipſo recuſato *c.*41.*§.tertio poſtulas, & c.*61.*X.de appell.* vel etiam recuſantis judice, *Wurmſ. lib.*1.*obſ* 6.*n.*9 *Zang.d.l.n.*21. non calumnioſè; ſed omnium primo *c.inter* 20.*X.de ſent.& re jud.* aut quandocunque ea oriatur, ſi antea latuerit, *c.inſinuante* 25.*X.de offic. deleg. l. non diſtinguemus* 32.§.*cum quidam* 14.D. *de arbitr.* expreſsè proponi debet. Et exceptio loci non tuti, in quo nemo litigare tenetur, *c. ex parte* 47.*X.de appell.cap. antecedens* 4.*X. ut lite conteſt.* quæ tan-

quam

ceri poſſunt actus, qui ſunt jurisdictionis voluntariæ *l. actus omnes 8. C. de fer. l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. & l. 6. D. eod.* aut adeò ſummarij, ut ſine ſtrepitu expediri poſſint, *arg. l. 2. §. 1. D. quis ord. in proc. obſ. Zang. p. 2. c. 7. n. 10.* ut & pietatis, miſericordiæ, & charitatis *c. ult. ibi vel pietas ſuadeat X. de fer. Gail. lib. 1. obſ. 53. n. 13.* nec non neceſſitatis *l. ſed etſi 28. §. 3. & ſeq. D. de jud. c. 3. & c. fin. in fin. X. de fer. l. 1. D. de damn. inf. l. 1. §. 2. l. 3. in pr. D. de fer. l. 3. C. eod.* ac deniq; quos expediri, Reipublicæ intereſt *l. pen. D. de fer. l. 5. §. 1. & l. pen. C. eod. l. cuſtodias 12. D. de publ. jud.* Exceptio præventionis, quæ tunc locum habet, cum Actor cauſam, in uno judicio cæptam, ad aliud trahere conatur *Bocer. claſſ. 6. diſp. 12. th. 52. Gail. lib. 1. obſ. 29. n. 5. Vant. de nullit. ex defect. jurisd. ord. n. 162. & ſeq. Zang. p. 2. c. 3. n. 2.* Cæpta autem dicitur cauſa, vel etiam lis pendens, ex parte Rei, non, cum citatio illegitima emanaverit *c. gratum 2. X. de off. deleg. c. bonæ 23. X. de elect.* licet etiam hæc Actori validè objici poſſit. *Berl. dec. 11.* Sed cū cauſa conventionis Reo in citatione legitimâ manifeſtatur, vel in termino ab Actore proponitur. *Mod. Piſt. Vol. 2 conſ. 21. n. 4. Mannt. p. 6. tit. de citat. n. 71.* Exceptio denique pacti conventi temporalis ſ. moratorij, quod mercatoribus, vel à Creditorum majori parte, vel ab Imperatore ad quinquennium concedi ſolet, *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. Conſt. Carol. V. Auguſtæ anno* 1648. **von verdorbenen Kauffleuten.**

Vel (3.) Perſonam Actoris, quo referuntur Exceptio excommunicationis majoris, quia verè bannitus amittit jura civis Romani; nec actionibus, quæ juris Romani ſunt, experiri poteſt, *l. ſi qui reus 5. D. de publ. jud.* potiùs pro communi omnium hoſte habetur. *Gail. lib. 2. de PP. c. 12. n. 13. 11. & 12. Zang. p. 3. c. 8. n. 15. & ſeqq.* Exceptio contumaciæ. Nam ut proximè dictum eſt, Actori in priori termino contumace exiſtente, Reus reſpondere non tenetur, priusquam expenſæ refuſæ, & cautio de lite proſequendâ ſit præſtita; qua de materiâ adhuc plura videre licet *apud Zang. d. l. c. 9. n. 1. & ſeqq. König. in proc. c. 30. Col. deciſ. 104. n. 2.* Exceptio ſatisdationis, quam de Jure noſtro præſtant, qui bona immobilia in hoc territorio haud poſſident **Conſt.** *El. Aug. 5. p. 1. & ib. Moll. n. 2. N. O. J. t. 6.* etiam in cauſis ſum-

ſummarijs; *N.O.J.d.l.§.* wie dann auch eben derer ſachen wegen. *Coler p.3.c.1.n.65.& p.4.c.3.n.20.* non verò in matrimonialibus *Beuſt.de ſponſ.c.22.* Nec non exceptio guarandæ, quam Actor actu corporali præciſè præſtare tenetur, ante litem conteſtatam *conſt.El.Aug 3. & 4.p.1.* LandR. *lib.3.art.14.* Weichb. *art. 41.N.O.J.tit.12.* von der gewehr/ *in pr.* ſi nempe Reus in primo ſtatim termino petierit *Mauſ.in proc.tit.* von der gewehr/ *in pr.Dan.Moll.ad d.conſt.4 n.3.ibi verum neq; actor.* tàm in Criminalibus, quam civilibus, Weichbild.*art.* 114. *verſ.* Gewehr ſol auch ein jeglicher/ *Hering de fidejuſſ.c.10.n.140.* ut & in proceſſu l.diffamari, ex parte diffamantis; *Hartm.Piſt. lib.4.q.15.n. 9.* non verò ex parte diffamati *Berl.p.1.concl.19.def.5.* nec ſpoliati *ibid.n.6.* nec in cauſâ matrimonij *Beuſt de ſponſ.p.1.c.22.poſt. pr.* Cujus hic effectus eſt, ut Actor poſteà libellum mutare nequeat, LandtR. *d.l.* Weichb. *art.40.ſub fin & art.114 verſ.* wo aber ein Mann. *conſt.El.Aug.11.p.1 ſub fin.* Reum etiam indemnem ſervare teneatur, ne ob eandem cauſam ab alijs conveniatur LandtR. & Weichb. *dd.ll.Zang de except.p.2.c.21.n. 62.& 70.* Vel (4) Perſonam Rei, quo referũtur Exceptio laudationis & litis denunciationis, quâ Reus actione quadã reali conventus ſuum auctorem, qui ipſi de evictione obligatus eſt, laudare, & petere poteſt, ut ei lis denuncietur *l.empt.28.C.de evict.l.ſi quis alterius 2. C.ubi in rem act.exerc.debet N.O.J.tit.14. in pr.* cujus hæc requiſita, ut non ſolùm authori ipſi; ſed & ejus hæredibus: *l in executione 85.§.in ſolidum D.de verb.obl.Schneidew ad §. actionem 28 J.de act.n.50.* omnibus etiam, qui rem communem vendiderunt *Caballin: de eviction: §.4. n.1.* & ſi res aliquoties vendita ſit à quovis emptore proximo ſuo venditori *Schneidw.d.l.n.52.* tàm præſenti, quàm abſenti *Modeſt. Piſt. Vol.1.conſ.24.quæſt.3.n.24.Berlich:p.1. concluſ:24.n:37.* in omnibus cauſis, & contractibus, in quibus ex cauſâ onerosâ aliquid datur, & evictio debetur, *Caballin.d.§.4 n 9.Zang.p.2.c.2.n.* 10: Non verò in illis caſibus, ubi evictio non debetur, cujus ſpecies

Exceptio Guarandæ

Effectus 3ᵃᵉ Exceptionis

Exceptio laudationis & litis denunciationis

Requisita

Aliquot congeſſit *Berl:p.1.concl:24.n.70.& ſeqq:* Lis tàm antè, quàm poſt conteſtationē *N.O.J.tit.*14:*verſ:* es wehre gleich vor oder nach der *litis conteſtation.* denunciari poſſit, aliter autem non debeat, quàm transmiſsâ ſimul copiâ libelli, citationis,& omnium actorum *N.O.J.d.l.ibi* und ihme von dem / was allenthalben von den Partheyen vorbracht/effectus verò ille eſt, non ſolùm, ut denunciatus denunciantem defendat *l. venditor 49. D. de jud. l. qui abſentem 57. D. de procurat. Hartm. Piſtor. obſerv.* 228. *num.* 14. Sed ut denuncians regreſſum habeat contrà denunciatum. *N. O. J. d. l. §. 2. Berl. d. concluſ.* 24. *num.* 29. licet ipſe in lite manere cogatur *N.O.J. d.l.ibi* ſondern nicht minder beklagter zuverfahren ſchuldig ſey/ quem amittit, ſi denunciationem planè intermiſerit, aut tranſegerit, vel compromiſerit *l.ſi dictum 56.§.ſi compromiſſo D. de evict:l·ſi cum quæſt:n.17.C.eod. Schneidw. d.l.56. Berl: d.l n:* 93: Exceptio non impetratæ veniæ, de quâ jam ante aliquid dictum & illud præſertim notatum eſt, quod emanatâ citatione venia tacite conceſſa videatur *Mynſing: cent:4:obſ:92. Menoch. arbitr: quæſt:lib:2.cent.5 caſ:ult:* Exceptio legitimi impedimenti, de quâ itidem ſufficienter dictum, hoc unicum verò adhuc notandum eſt, quod in plerisque Judicijs, in ſcriptis hanc exceptionem allegare, non ſufficiat; ſed de ore ad calamum proponenda ſit: Exceptio competentiæ, ſeu beneficium illud, quod Nobilibus, Doctoribus & alijs quibusdam competit, ut condōnentur, in quantum facere poſſunt, ne egeant; Exceptio plurium Reorum, ſeu non omnium citatorum, quorum intereſt, *l.de uno quoq; 47.D.de re jud. l.nam ita Divus 39. D. de adopt:* quia nō ſufficit ex pluribus litis cōſortibus *l.1.& 2.C. de conſort. ejusd:lit:l.plane 3.D.famil.herciſc.N.O.J.tit.* 4. *v.* würden auch aut pluribus exiſtentibus hæredibus, unum vel alterum citari, *Berl p.1 concl:* 10: *n:* 44. Sed actiones & obligationes pro ratâ hæreditariæ portionis ipſo jure, tàm Activè, quàm paſſivè, inter illos dividuntur, *l. ult: ut debitum 5. & tt. C. de hæred. action. l.ult. C. ſi unus ex pluribus hæred.* Vel (5) denique alias cauſas ſeu circumſtantias, quo referantur Exceptio plus petitionis, tempore, loco vel cauſa §.

*tem-*

Exceptio non impetratæ veniæ

Exceptio legitimi impedimenti

Exceptio competentiæ

Exceptio pluriū Reorum ſ. non omnium citatorum, quorum intereſt.

Exceptio plus petitionis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0060-0

*temporales 10. verſ. alioqui J. de Except.* cujus pœna, niſi dolus intercedat, eſt tripla reſtitutio damni quod Reo exinde accidit *l. fin. C. de plus petit. § tripli 20. & §. ſed hæc quidem 32. J. de act. l. Zenonis 2. §. ſi quis vero 2. C. de pluſ. pet.* Exceptio ſpolij, quæ intra quindecim dies, tâm de jure Canonico, *per c. 1. de reſtit. ſpoliat. in 6to.* quàm Saxonico *per conſt. 6. p. 1.* probanda eſt; quod tempus â die oppoſitæ Exceptionis currere dicit *Zang. p. 2. c. 18. n. 2.* Exceptio excuſsionis, & ordinis, quæ actionem inſtitutam non perimunt, ſed judicium tantùm differunt, ut principalis, vel is qui geſsit prius exeutiatur. *Zang. p. 2. c. 16. n. 5.* Exceptio cedendarum actionum, quæ, fidejuſſori ſolvere parato, ad hoc competit, ut ipſi Creditor actiones contra confidejuſſores cedat, *l. ſi dubitet 10. l. fidejuſſoribus 13. l. cum is 36. D. de fidejuſſor. l. creditori 2. C. eod. l. Papinianus 28. D. mand.* quo ſolvens contra ipſos agere poſsit, *Surd. Vol. 2. conſ. 170. n. 3.* Exceptio ſub & obreptionis, quæ mandatis & reſcriptis Principum ad inſtantiam ſupplicantis emiſsis, objicitur, de quâ prius cognoſcendum eſt, antequam tenor reſcripti ulterius expediatur; *c. ſuper literis X. de reſcript.* quia reſcripta Principum, ſine prævia cauſæ cognitione, ad unius partis inſtantiam impetratâ, intermiſſo quantumvis remedio ſuſpenſivo; nihilominus in rem judicatam haud tranſeunt, nec aliter intelligenda ſunt, quàm ſi preces veritate nitantur; *Carpz. JP. F. p. 1. conſt. 26. def. 18. Mindan. lib. 2. c. 12. n. 3.* Exceptio libelli obſcuri & generalis. König *c. 43. n. 4.* quia exprimendum eſt, quid, quale, & quantum petatur. *l. 6. D. de rei vind. c. l. 1. §. ſi quis argentũ 40. D. depoſit. l. ſi quis uxori. 52. §. ſi linea 25. D. de furt. l. prætor edixit 7. D. de injur.* Exceptio ineptæ cumulationis, quæ etiã poſt litem conteſtatam opponi poteſt, ſi Judicium, eâ omiſsâ, retrò redderetur nullum, *l. edicta 3. C. de edend.* & ſuprà dictum eſt, quot capita in uno libello cumulari poſsint. Deniq; & Exceptio deſertæ, vel non devolutæ Appellationis, quæ tunc demum obtinet, cum cauſa â Judice inferiore ad ſuperiorem devolvenda; formula verò, introducendi eam, neglecta fuit, de quo alibi, & tractat latiùs *Zang. p. 2 c. 20.* Regula autem omnium exceptionum dilatoriarum hæc eſt, ut ante ingreſſum, & li-

Exceptio ſpolii

Exceptio Excuſſionis et ordinis

Exceptio cedendarũ actionum

Exceptio sub- et obreptionis

Exceptio libelli obſcuri et generalis

Exceptio ineptæ cumulatiõis

Exceptio deſertæ vel non devolutæ Appellatiõis.

tis conteſtationem opponantur, quæ tamen patitur ſuas limitationes. *Zang.d.l.c.22.*

*De exceptionibus litis ingreſſum impedientibus*

§.3. Atque ita, oppoſitis dilatorijs, Reus, ſi habet etiam litis ingreſſum impedientes, opponere poteſt; quales ſunt peremtoriæ, quæ in continenti probari poſſunt, vel confeſsione partis adverſæ fiunt manifeſtæ ac liquidæ. N.G.O. *tit.11.*§. es weren dann dergleichen *Exceptiones verſ.* alß bald *in contienti Weſenb. in π. de except.n.7. Daniel Moller. lib.1. Semeſtr. c.1. Hartm. lib.2. tit.9. obſ.1.n.8.* quæ in primo ſtatim termino ante litem conteſtatam opponendæ, probandæ, petitioq; ſubnectenda eſt; non quod Reus ſit abſolvendus; ſed quod reſpondere non teneatur. *Col: in c.cum venerabilis 6.X. de except. n.40.* id qnod accuratè obſervavit *Mauſ. in proceſſ. p. 2. art. 83.* ubi ita diſtinguit, ſi Reus dicat, er werde von klägern wieder recht und billigkeit beſchweret/ vel er ſey dem Cläger zu andtwordten nicht ſchuldig/ bitte ſich von der angeſtalten Clage zu abſolviren/ quod tunc litem conteſtari, & eas in vim peremptoriarum opponere teneatur; quia merita cauſæ attigit, & intentionem Actoris negavit. Quod ſi verò ſimpliciter dicat, daß dem Cläger gar nicht gebühret habe zu Clagen/ könne auch beklagten zu keiner Andtwordt dringen/ weil die ſache vorhin gütlich vertragen oder rechtlich entſcheiden &c. quod tunc per nudam exceptionis allegationem lis conteſtari non uideatur. Quam ipſe ſubulam appellavit practicam.

*De exceptionibus judicialibus.*

§.4. Verùm cum non ſemper exceptiones litis ingreſſum impedientes competant, adhuc diſpiciendum habet Reus, an non præjudiciales competere poſsint, quas etiam inter dilatorias, cauſam ipſam reſpicientes, refert, *Zanger p.2.cap.10.num.1.* & ſunt illæ, quibus Reus dicit, per quæſtionem motam, majori præjudicium fieri non debere *l fundi 18. D. de Except. l.1 §.1. D. famil. herciſc. l.fin. C. de petit hæred. c ex parte 10. X. de arbitr.* quia major potius minorem ad ſe trahit, *l per minorem 54. D de judic.* & prius de majori judicandum eſt. *l ſcio 4. D. de in integr. reſtit. l. rei majoris 21. D. de xc. l. fin C. de. ord. cognit.* quales ſunt Exceptio

con-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0062-1

conſanguinitatis ad impediendum matrimonium. E.G. ſi conſobrini ſe invicem de promiſſo matrimonio convenirent, unusq; illorum conſangninitatem allegaret, meritò quæſtio hæc præjudicialis ante omnia diſcutienda veniret. Quia in provicijs Electoratus Saxonici inter coſobrinos, duorum nempe fratrum, Sororumve duarum, vel fratris & ſororis liberos prohibitum eſt matrimonium *per conſt. Mauritij Electoris de anno* 1543. *tit.* von Graden darinnen Ehe verbothen/ *p m.31. item* Eheord. *in calce* der *gen. art.* Hertz. Aug. *de anno* 1580. *ſub rubr.* Ehe wird wegen Bludfreundſchafft verbothen/ *p.m.87.b. Ord. Eccl. ſub tit.* von Eheſachen/ *rubr.* welchen Perſonen ſich in Ehe gelóbnüß mit einander ein zulaſſen verbothen/ *Carpz. JP. Conſiſt. l.2. def.78. &c.* Similiter Exceptio natalium in cauſâ percipiendæ ſucceſſionis vel aſſequendorum honorum &c. Cùm enim legitimati E. gr. per ſubſequens matrimonium, natalibus ingenuitatiq; plenè, reſtituantur, ad omnes gradus ſucceſſionis, & honores, perinde ac ſi ex, & de legitimo matrimonio nati eſſent; ideoq; teſtimonium ſi exigitur, ante omnia producendum, & examinandum eſt *Carpz J.P.F.p.2. conſt.6. def.16. num. 3.* Et, ſi quæ ſunt aliæ hujus generis exceptiones præjudiciales, quæ non raiò pro circumſtantiâ cauſarum, dum una ab alterâ depēdet, ſeſe exerunt. Quæ ratio eſt, cur nec omnes adeò accuratè enumerari queant.

Exceptio conſanguinitatis ad impediendu matrimonium.

Exceptio natalium.

§.5. Sed deficientibus etiam his, Reus litem conteſtari tenetur, utputa, quæ de ſubſtantiâ ipſius Judicij eſt, *l unic. C. de lit. conteſt.* & ſine quâ Judex certam ſuper negotio ſententiam proferre nequit. *Moller p.1 conſt.10.n.8. Sculz obſ.43.n.1.* unde factum, quod generalis illa litis cōteſtatio, quæ neq; ſimplicis confesſionis, nec puræ negationis argui poterat, *Daniel Moller. d.l.n.1. Hering. de fidejuſſ. p.1.c.27.n 222.* & ex quâ multa incommoda, tàm litigantibus; quàm Judici ipſi ſuboriebantur *conſult. Saxon. Tom 2. p.3. quæſt.36.* exulare juſſa, *Nov. El. Auguſt. p.1. conſt.10. Zobel. p.1. diff 10.n.11.* & ſpecifica in hoc noſtro foro Saxonico introducta ſit; circa quam paucula notanda veniunt, utpote (1) quod in omni-

*De litis conteſtatione.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0063-7

omnibus, tàm Civilibus, quàm criminalibus *Carpz. JP. F. part. 1. conſt. 10. def* 19. in ordinarijs cauſis, ſolennis, *Mynſing. cent. 3. obſ. 74. n. 3. & 4.* in ſummarijs & executivis verò, non adeò requiratur *Gail lib. 1. obſ. 26. n. 5. & obſ. 76. cum ſeqq. Col. de proceſſ. Exec. p. 3. c. 5. n. 2 & ſeqq.* ſed ejus loco documentorum recognitio ſit. *Col. d. l. c. 1. n. 97. Carpz. JP. F. p. 1 conſt. 10. def* 10 niſi Actor, unà cum productis inſtrumentis recognoſcendis, etiam libellum obtulerit, cui omninò per litis conteſtationem reſpondēdum eſt, *Berl. p. 1. concl. 26 n. 13. & 15. Carpz. d. l. def* 11. (2) quod hæc litis conteſtatio in primo ſtatim termino ad minimum eventualiter *Nov. El. Aug. p. 2. conſt. 3. & ibi Moll. n. 1. & Carpz. def.* 1. ni Reus in expēſas ſe condemnari velit, *N. O. J. tit.* 11. *in princ. verſ.* bey vermeidung der *expenſen. & tit.* 16. *verſ.* ſein *client.* aber *Carpz. JP. F. p. 1. conſt. 10. def.* 12. ſi non habeat exceptiones adeo prægnantes, & dubias, ſuper quibus ante omnia cognoſcendum *d. conſt. 3 p. 1. in fin.* Ubi autem illæ rejectæ fuerint, in ſecundo termino; ſub pœnâ confeſſi *Carpz. d. conſt. 13. def.* 14. *n. 3.* quamvis verba iſtiusmodi ſententiæ accuratè obſervanda ſint; multo utpote intercedēte diſcrimine, an Reus ſimpliciter reſpondere, (ſich einzulaſſen und zu andtwordtē) an verò litem conteſtari juſſus, de quo eleganter *Carpz. lib. 2. reſp. 8. & JP. F p. 1. conſt. 3. def. 7. n. 4.* Nec ſolum in primo termino; ſed & in primâ aut ad minimum ſecundâ poſitione, non verò in quadruplicâ fieri debeat, *per conſt. 1. p. 1. & ibi Carpz. def. 8. nec non conſt.* 10 *def.* 15. (3) quod expreſsè, & in ſpecie ad omnia capita, tàm in narratione, quàm in concluſione *d. conſt.* 10. N. G. O. *tit.* von der *litis conteſtation* §. welche aber auch darneben/ non verò ad ea, quæ cauſam haud concernunt *Carpz. d. conſt.* 10. *def.* 21. dirigenda ſit, ut exinde perſpicuè pateat, an factum ipſum, an qualitas negetur, *per verba* außdrücklich/ *Item* klärlich quamvis enim in criminalibus conditionata & qualificata litis conteſtatio ſuſtineatur, *Berl part.* 1. *concl.* 16. *n.* 10, *Carpz. d. conſt.* 10. *def.* 20. in civilibus tamen ea non admittitur, ſed animus litem conteſtandi, expreſsè declarandus, *Col. p. 2. deciſ. 298. n. 1. & ſeq. Mynſing. cent. 3. obſ. 74. n. 8.* perſpicue reſpondēdum eſt, ſecus ſi fiat, non attento, num proteſtatio

adjecta

adjecta ſit, *Gail.lib.1.obſ.37.n.5.Heig.^ p.2.q.2.n.31.* vel pars oppoſuerit nec ne, nihilominus ex officio rejicitur N.G.O.*d.t.16. verſ.* und ſoll das Richterliche Ambt/ *Carpz.d. conſt.* 10. *def.* 3. (4) Deniq; notandum, quod litis conteſtatio ritè facta, conſorti ad hoc proſit, ut adhærere poſsit, *N.O. J.d.l.verſ.* im fall aber zweene oder mehr/ è contra etiam imperfecta & vitioſa noceat, *Carpz.d.conſt.10. def.17.n.4.* nec non, quod transmittat inſtantiã ad hæredes, ſeu actionem perpetuet, & præſcriptionis curſum interrumpat, *l.ſicut C.de præſcript.30. vel 40. ann. l. omnes 26. & l. ſciendum 58.D.de obl. & act l.unica C.ex delict.defunct.* in tantum, ut & hæres feudalis de lite ſuper re feudali conteſtatâ, *Ruland. ad proceſs. Ferrar.p.1.lib.2.cap.1.* & ſucceſſor clericus de lite à laico conteſtatâ, *per l.cum quædam 19.D.de jurisdict. Gail.lib.1. obſ.37.n 8.& ſeq. ubi limitationem addit.* merito teneantur.

§.6. Poſt litem deniq; conteſtatã opponendæ veniunt Exceptiones peremptoriæ, quas cum *Rebuff.de except.& Col. ad rubr. tit.de except.n.10.* tot eſſe puto, quot genera actionum reperiuntur, cum videam, ex unâ vel alterâ limitatione vel reſtrictione ſtatim oriri Exceptionem peremptoriam, ut actio, quæ aliàs obtinuiſſet, hac probatâ non obtineat; Verùm, utut præmeditatus eram de unâ vel alterâ in ſpecie aliquid afferre, tempore tamen & inſtituti ratione excludor, unde hac vice monuiſſe ſufficiat, quod quædam ſint temporales, uti illæ, de non numeratâ pecuniâ, aut dote, quas intra biennium tantùm opponere licet. Quædam verò perpetuæ *§.9.J.de Act.* ut Exceptio doli mali, & Exceptio metus, *de quibus latius Zang p.3.c.13.* Exceptio pacti conventi duplex, una quâ tollitur omnis obligatio conſenſu contracta, ut emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, mandatum; *l.emptio 3. l. cum emptor 5.§.1. D.de reſcind. vendit. Zanger.d l.c.4.n.2.& per tot.* altera, quâ de non petẽdo conventũ eſt in totum, ut ſi nulla alia cauſa ſubſit, donatio eſſe præſumatur, *l.in ſumma 65.§ id quoq; ſecundo D.de condict.indeb.l. Campanus 47.D. de oper. libert.* Exceptio ſolutionis legitimæ, non pupillo, ſine Tutoris autoritate, factæ *l. pupillo 15. D. de ſolut.* niſi pecunia adhuc extet, aut in utilitatem verſa ſit. §.*penult. J.*

*De exceptionibus perẽptorijs.*

 *quib.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0065-7

*quib.alien.lic.* Exceptio jurisjurandi, quæ; præſtito eo, oritur; quia non, quam malè, aut benè, ſed an juratum ſit, quæritur, nec contraria probatio facilè admittitur, niſi evidens perjurium in continenti ſufficienter probari poſsit. *Carpz. J.P. F. p.1.conſt. 15.def.1. & ſeqq.* Exceptio præſcriptionis, quæ per nuperrimè promulgatam *conſt.Imper.§.* So viel nun die *Capitalia* anlanget/ in tantum limitata eſt, ut tempore perpeſſorum tumultuũ bellicorum, creditoribus nocere haud debeat. Exceptio trãſactionis, tàm Judicialis, quàm extra judicialis, quã vis Judicialis, vel Judicialiter ſaltem confirmata, omnem fraudis ac læſionis præſumptionẽ excludat. *c.in præſentia 6.X.de renunc.c ſicut nobis 16.§. ult.de ſent. & rejud.l.1.C.de præd.& al.reb min.l pacta noviſſima 12. C.de pact.* nec beneficium *l.2 C.de reſcind. vendit.* contra ipſam admittatur. *Carpz.J.P.F p.2 conſt.34 def 4.* Exceptio rei judicatæ, quæ plenum jus tribuit, quod Princeps ex poteſtate plenariâ immutare, *l.cauſas* 16.*C.de tranſact.l. ult. C.ſentent. reſc. non poſſ.* nec contrariâ quadam ſententia intervertere poteſt, *l.1.C. quãd. provoc. non eſt neceſſ. Hartm. Piſt. obſ.* 137. *n.*10. Exceptio nullitatis, varijs ex cauſis ſ. potius defectibus originem trahens, *l. non dubium 5. C.de LL. Gail.lib 1. obſ. 42. 66. 75. &* 127. Exceptio depoſitionis legitimæ, utpote quæ vim ſolutionis & traditionis habet, ac periculum in eum transfert, qui moram accipiendi nectit, *l.acceptam* 19.*C. de uſur. l. obſignatione 9. C. de ſolut.* Exceptio ſatisfactionis. *l. item liberatur 6.* §. 1. *D. quib. mod pign. vel hypoth.ſolv.* quia Creditor ſibi imputare debet, quod ſatisfactionem, ſolutionis vice, admiſerit, *l.ſatisfactio 52. D.de ſolut.* Exceptio novationis, quæ etiam incidit in ſpeciem ſolutionis, expreſſa autem eſſe debet, *l. ult. C. de novat. Schneidw ad § 3.n.9.Inſtit.quib mod.toll.oblig. Faber. in C.l.8. tit. 28 def.11.n.3.* Exceptio delegationis, ſi delegaverim meum debitorem meo creditori, *l.delegare* 11.*D.de novat.Harpr.in §.præterea .4. n. 17. Inſtitut.quib. mod toll.oblig* quæ, perinde ac novatio, hodiè aliter non valet, quàm ſi verbis expreſsis delegatio novandi animo fuerit interpoſita, prout *ex l.ult.C.de novat.probat Carpz JP.F part.2.conſt.*19. *def.*16. Exceptio acceptilationis, quamvis enim ſolutio propriè, præſtatione naturali ejus,

quod

quod debetur, fiat; quod ſi tamen Creditor nudis verbis factam aliquam promiſſionem acceptaverit, obligationemq́; caſſatam eſſe voluerit, hæc Exceptio, non obſervatis licet antiquis iſtis ſolemnibus, interrogationis, & reſponſionis, nihilominus firmiter obtinebit, *per præjudicium quod tradit Carpz d.l.def.17.n.* 10. Exceptio compenſationis, ita tamen, ut debitum compenſandum æquè liquidum ſit, *per vulg. reg. quod debiti liquidi cum illiquido nulla ſit compenſatio*, quod ſi verò liquidum ſit debitum defuncti, hæredi etiam petenti id, quod proprio nomine debetur, firmiter objici poteſt, *l.3.C.de contr.jud. tutel. Carpz J. P.F.p.1.conſt.8.def.8.* Exceptio confuſionis, quoties enim debitum & creditum in unâ perſonâ concurrunt, hæc Exceptio firmiter objicitur, *l.ut debitum 5.v.etenim C.de hær.vel action.vend.l. ſi id 21.D de libert.legat.* Exceptio SCti Vellejani, cujus beneficio mulieribus ſuccurritur non, ut alios decipiant; ſed ut, maritis graviter obæratis, aut planè non ſolvendo exiſtentibus, ipſarum dotes nihilominùs ſalvæ maneant. Exceptio SCti Macedoniani, quo cautum eſt, ne pecunia filiofamilias credatur *l ſi quis patrem familias 3.§ is autem ſolus 3. l. item ſi filius familias 7. §. mutui dationem 3.D.ad SCtum Macedon.* Exceptio erroris. Quia per errorem geſtum gerenti non nocet, *l. ſi per errorem 15. D. de jurisd.* quo referenda ſine dubio. Exceptio imprudentiæ, cujus meminit *Schneidw.J.de Except. in princ. n.4.* Exceptio diviſionis, quia non ſolum inter hæredes, prout anteà commemoratum eſt, ſed & inter plures exiſtentes fidejuſſores obligatio dividitur, ita ut â quovis non niſi rata peti poſsit, *§. ſi plures 4. J. de fidejuſſ l.inter 26 D.eod.l.ult. C.de conſtit pecun.* Exceptio non ſecuti implementi; quia qui ipſemet conventionem non implevit, de pacto, ſibi non ſervato, conqueri nequit, *l.Julianus 13 §. offerri D.de act empt.* Exceptio caſus inſoliti, quam objicere ſolent conductores, ad impetrandam remiſſionem penſionis *l. ſi inter virum 21. C.de jur.dot. Rauchb.p.2.q.29 n.22.* Exceptio uſurariæ pravitatis; *ex Reform polit. de anno 1548. tt.Ord.Torg.tit.* von Wucher und wucherlichen *Contracten*, quia ultrà uſurarũ legitimum modum debitor ſe nullo pacto nullaq́; conventione firmiter obligare poteſt, *Weſ.p.2.conſ.72.n.13 per l 38. D.de pact.*

& ſi quæ ſunt aliæ Exceptiones peremptoriæ quas omnes hac vice enumerare non vacat.

*De mutuis petitionibus & Reconventione.*

§. 7. Conteſtatâ autem hoc modo lite, oppoſitisq; Exceptionibus Reo liberum haud eſt, cõtrarium libellum offerre in foro Saxonico, Landt R. *lib. 3. art. 12. ibi* welcher Mann auff einem klaget *Weſenb. in π. de compenſat. n. 9. ſub fin.* König *in proc. c. 60. n. 1. Col. p. 1. deciſ. 102. n. 2.* niſi finita prius ſit conventio Landt R. *lib. 1. art. 61. & lib. 3. art. 79. item* Weichb. *art. 28. Nov. El. Aug. p. 1. conſt. 7.* Quod ſi tamen Actor litem movere differat, vel ſemel motam negligat, Reo in priori caſu per proceſſum; *l. ſi contendat. D. de fidejuſſ.* in poſteriori verò per beneficium *auth. qui ſemel. C. quomm. & quand. Jud.* conſulitur, ut non ſolùm ab intentatâ actione abſolvatur, ſed & ſuper illo jure, quod in cõcontrarium adduxit, cognoſcatur. *Heig. p. 2. q. 8. n. 8. & ſeqq.*

## THESIS XI.

Intentatâ actione, factâ reſponſione, & propoſitis ad quadruplicam usq; litigatorum Juribus, Judex interloquitur, & ut plurimum Actori probationem intentionis, in quantum â Reo negata eſt, injungit: quam etiam ſuſcipere & ſufficienter præſtare tenetur.

*De mutuis poſitionibus.*

§. 1. Saluberrimæ meritò audiunt ſanctiones Electorum Saxoniæ quibus proviſum eſt, non ſolùm, ut ternis mutuis vicibꝰ mit dreyen Sätzen beyderſeits wechßelsweiſe/ in causâ concludatur; ſed & in ultimâ poſitione ab omni novo abſtineatur, *Nov. El. Aug. p. 1. conſt. 1.* hoc modo enim lites abbreviantur, *Carpz. ibid. def. 7.* Unde poſt concluſionem in causâ nihil amplius ſuper eſt, quàm ut ſententia afferatur *c. paſtoralis X. de cauſ. poſſ. & propr. l. ſi rem §. ult. D. de evict. l. quamvis indubitati 19. C. ad L. Jul. de adult.* Verùm, cum prius liquere debeat id, de quo eſt pronunciandum, ne juris ordo, ac ſolenitas Judiciorum intervertatur, *contra l. probatæ 4. C. de ſentent. & interlocut. omn. Jud.* Ideòq; interlocutoriæ ſunt adinventæ ſententiæ, in quibꝰ

*De ſententijs interlocutorijs.*

Judex

Judex interim, dum principaliter agitur, loquitur, & dicit, quæ ad cauſam promovendam pertineant *l.15.§.2.D.de re Jud.l.4.C. comminat Epiſt. & programmat.l.9 §.3.D.quod met. cauſ.* non verò litem ipſam ſtatim perimit *l post ſententiam 9.C. de ſentent.& interlocut.Nov.112.Schneidw. in §. curare 32.J.de act.n.5.*

§.2. Inter aliàs cauſas, ob quas Judex interloqui ſolet, frequentiſſima eſt, ut uni partium probationem negatæ intentionis injungat, Conſtat enim judici, & non parti, eam fieri debere, *l.quingenta 1.in fin:D.de probat.l.5.& l.19.C. de Teſt: l.jubemus 41.C.de liber:conſ.* Sed cui nam partium hoc onus injungendum venit, non adeò determinari poteſt; Licet enim tritiſſima ſit Regula, *quod Actori incumbat l. ei incumbit 2.D. & l. actor 23.C.de probat.* non rarò tamen accidit, ut in Reum devolvatur, puta, quando is, ſolutionem ſe feciſſe, contendit, *l.1.C.de probat l.ſolutionem 25 C.de ſolut.* vel aliàs factum ipſum quidem fatetur, circumſtantiam verò quandam acceſſiſſe affirmat, unde tutiùs erit hanc ponere regulam: Quod omnis ſive agens, ſive excipiens, fundamentum ſuæ intentionis probare teneatur. *Berl.p.1.concl.37. n.12.* Verum enim verò, in probatione conſiſtit totius cauſæ victoria, qua propter non ſolùm modos probandi; ſed & ordinem in probationibus & reprobationibus procedendi, diligenter inquirere conducit. Modos probandi quod attinet, erunt illi ſequentes; Aut enim probatur aliquid (1.) per Adverſarij confeſſionem, vel (2.) per teſtium depoſitionẽ, vel (3.) per Inſtrumenta, vel (4.) per jusjurandum, vel (5.) per ocularem, ſeu judicialem inſpectionem, vel (6) per notorietatem, vel deniq; per alia adminicula, quos inter tamen unus modus alio eſt præſtantior, & pleniorem meretur fidem. *Beuſt ad l. admovendi 31. D. de jur. jurand. num. 451.& ſeq.* Confeſſionem quod attinet, omni planè dubio caret, Judicialem omnium pleniſſimam eſſe, *l. unic. C. de confeſſ.tt.D eod Weſenb.π de probat.n.4.* niſi forſan ex errore Juris & facti revocanda veniat, ſi nempe doceatur error confitentis, & revocatio fiat antequam ad ulteriores actus Juridicos procedatur, volunt ſiquidem Dd. acceptatam ſemel confeſſio-

*De probationibus.*

nem, ex errore revocari non poſſe. Teſtium depoſitionem quod concernit, conſtat plenam probationem, ad minimum per duos, *c. evidentiæ X. de accuſ. can. de manifeſta 17. cauſ. 2. q. 1. l. abſentem D. de pœn.* qui certam ſcientiam habent, *ord. crim. Car. V. art. 67.* & majores vel tales ſunt, qui objectâ exceptione repelli nequeunt, quâ de materiâ integri extant tractatus, fieri poſſe. Quemadmodum & Inſtrumenta probatã non probãdam probationẽ aſſerre teſtatur *Carp: JP. F. p. 2. conſt. 43. def. 7. n. 3. Maſc. de prob: Vol. 2. concl. 1080. n. 1 per c. cum dilecti X. de donat.* præſertim ſi verba ſint clara. *Reinking. de regim. S. & E. lib. 1. claſſ. 2. c. 8. n. 45.* de his quæ diſpoſitivè iñ eo poſita ſunt, *Weſenb. in π. de fid. Inſtr: n. 6. in med.* quo referuntur Inſtrumenta publica, *c. cum Johannes 10 X. de fid: Inſtr: l. in exercendis 15. C. eod. Nov. 73. c. 1. & 3.* Acta Judicialia, *c. bonæ memoriæ 23. in med. X. de elect.* Scriptura, Judicis authoritate publicata, *Beuſt. ad d. l. 31. n. 790. & ſeqq.* vel à Judice tradita, uti illa, quâ teſtatur rem aliquam ita coram ſe geſtam, *Col: de proc: exec: p. 3. c. 1. n. 88 & 92.* Vel Vaſallum de feudo inveſtitum eſſe, *Beuſt. d. l. n. 851. & ſeqq.* Libri ex Archivis deſumpti *auth. & hæc, verſ: Item & chartæ C. de fid. Inſtr. Nov. 49. c. 2.* Libri redituum & cenſus Nobilium, *c. ad audientiam 13. X. de præſcript.* quorum tamen certa requiſita tradit *Carpzov. JP. F. p: 2. conſt: 4. def. 6.* Scripturæ etiam quandoque privatæ puta Libri Dd. in ſcholis approbati *l. 7. D. de ſtat. hom. c. cum cauſam 13. X. de probat. § item. precium 2. J. de empt. vend.* Scripturæ aliæ, nullo vitio laborantes, quæ inſtrumentorum Guarentigiatorum vim habent, *ord. Prov. El. Aug. de anno 1555. tit.* von verſetzten Brieff und Siegel/ *Moll: lib: 2. ſemeſtr: c. 23. Hartm: Piſt: obſ: 209.* vel à teſtibus ſimul ſubſignatæ, *Coler: p. 3. c. 1. n. 138. Carpzov. JP. F. p. 1. conſt. 17. def. 24.* vel ad Acta *l. in arbitris 3. § 1. D. de recept. qui arb.* vel quæ antiquæ, in Archivo poſitæ, & ibi repertæ ſunt, *l. cenſus D. de probat. Berl. p. 1. concl. 36. n. 38.* Libri item Mecatorum aliorumque Adminiſtratorum, inter ſocios, qui conventionis vigore agnoſcere tenentur, *Ruland. de Commiſſ. p. 2. lib: 5. c. 13. n. 4. & ſeqq.* & contra ipſos ſcribentes *l. quædam 9. §. numularios 2. D. de edend:* nec non ſi juramẽto ſuppletorio

De probationibus.

rio

rio, aut unius Teſtis depoſitione fuerint muniti, *Carpzov. JP. F.p.1.conſt.17.def.35. & ſeq.* porrò & Epiſtolæ ſigillo corroboratæ, contra eum, qui ſcribit *l.ſi qua per calumniam 22. C. de Epiſcop: & Cleric: l.ſi publicanus 4 §.1.ſub fin: D. de publ. & vectig.* contra eum verò, ad quem ſcriptæ ſunt, non niſi cum receperit, & tacuerit, *per l.ſi filius familias 16. D. ad SCtum Maced: Moll: lib: 4. Semeſtr. c.44.n.1. & ſeq.* Ut & literæ credentiæ ſpeciales, clauſulam rati & grati continentes, *Ruland: d.l.c.14.n.19.* Jusjurandum autem quod ſpectat, illud itidem, plenam probationem facere, extra dubium eſt, *l.5. §.3. D. de jur. jurand:* de quo jam ſuprà aliquid attuli, Qua propter ad Ocularem, ſeu Judicialem Inſpectionem deven: quæ & evidentia facti dicitur, & pleniſſimè probat, *c.ſuper 3. X. de Teſt. cog. c. evidentia 9. X. de accuſ. can. de manifeſta 17. cauſ. 2. q. 1.* & decernitur non ſolùm ad partis inſtantiam; ſed ex officio quandoq; Judicis *N. O. J. tit. 28. poſt princ.* in omnibus illis rebus, in quibus magis judicium, quàm teſtimonium requiritur *Ruland. d.p.2. lib.3.c.1.n.1.* tàm ante litis conteſtationem, ſi periculum rei perituræ ſubſit, quàm in articulis probatorijs, nec non poſt terminũ probatoriũ Landtℜ. *l.1.art.62. & ibi gl: lat: lit: F.* & publicatas atteſtationes cõcluſionemq; in cauſâ, imò poſt rem judicatam & in executione ipſa, *uti latius perſequitur Ruland: d.l. Jt. p.1. lib: 6.c.2. & p.2. lib. 3.c.1. cum aliquot ſeqq.* Sequitur ſexto Notorietas, quæ equidem probatione ulteriori non indiget; ſed ab onere probandi relevat *Clem. appellanti de Appell. l.ſi verò 5. §.2. D. qui ſatisd. cog.* alleganda tamen eſt, *gl: ad d. Clem: Neguſant: de pignor: p.8. memb: 1. n.14: Zang: de Exc. p.3.c.26.n.8.* nec quævis ſuſtinet, niſi apud acta, ex Inſtrumentis, re judicatâ, aut evidentiâ facti conſtet, *Gail lib: 1. obſ: 16. n.7.* cum multa notoria dicantur, quæ tamen non ſunt *c. conſul 14. X. de Appell.* Inter Adminicula refero ſuſpiciones, præſumptiones & famam, quæ tamen plenè probare dicitur in factis antiquis *Fœlin. in c. veniens 16. X. de Teſt: & atteſtat. n.16.* & quæ difficilis probationis ſunt, *teſte eod: n.7.* nec non in probandâ morte, *teſte eod: n.8.* aut prodigalitate, *teſte Beuſt: in l. admonendi 31. D. de jur. jurand. n. 1115.* Sed quonam

com-

communem opinionem commmodiùs referam vix video, quæ in allegandis præſertim Authoribus, uſitatiſſima eſt, & *Specul: lib: 2. p 2. tit: de probat: §. 1. n. 20.* ſibi perſuaſum habet, eam plenam fidem mereri, quod equidem conceſſerim, ſi rationibus nitatur; quod ſi verò, uti ſolet, Doctor Doctorem ſequatur: multitudo illa errantium errori nullum parit patrocinium, ſunt & illa denique probandi, Adminicula, nimirum omnes, aliæ per unicum, vel plures inidoneos Teſtes indicia, ſignacula, aut tranſumpta, & ſi quas habemus ſimiles, probationes, de quibus paſſim ſatis conſtat.

§. 3. Jam etiam de modo procedendi in probationibus, & reprobationibus, paucula ſunt notanda, qui in eo potiſſimum conſiſtit, ut articuli probatorij cum nominibus teſtium & copijs, documentorum offerantur intra terminum Saxonicum, ſex ſeptimanarum, & trium dierum; qui, etiamſi à parte non fuerit petitus, nec à Judice præfixus, nihilominus à tempore rei judicatæ N. G. O. *tit: 20. in princ: v.* von der zeit an zu rechnen/ vel adimpletæ conditionis, *ibidem v.* in gleichen dem Clåger/ vel à tempore finitæ, aut renunciatæ Appellationis; quam primùm nempe illa ad notitiam Appellati pervenerit, de momento in momentum currere incipit, nec eo elapſo ulterior aditus patet, licet producens expenſas refundere, & cautionē de lite proſequendâ præſtare *N. O. J. tit. 20. verſ.* ſondern des angemaßeten beweiſes/ Vel etiam Judex ex officio alium terminum concedere vellet, *gl. lat.* Landt R. *lib. 1. art. 62. lit. F.* niſi quis facto adverſarij fuerit impeditus, *Mynſing: cent: 2. obſ. 99.* aut ſuper puncto incidenti V. G. ſuper editione Documentorum fuerit diſputatum, vel etiam amicabilis tractatio interceſſerit *Berl p. 1. concl. 38. n. 32.* non verò, ſi producens intra terminum deſuper fuerit proteſtatus, aut impeditum ſe dicat. *N. O. J. d. l.* §. und dieweil *Carpzov. J P. F. p 1. conſt. 16. def. 4.* Sufficit tamen ultimo adhuc momento offerre *Nov. El. Aug: p. 1. conſt. 16 in princ*, Poteſt etiam terminus hic, vel binis vicibus prorogari, dūmodò illud ante lapſum primi petatur, & ſecūda vice, cauſæ prægnantes ſubſint *N. O. J. tit. 20.* §. wir laßen aber auch geſchehen/ Quemadmodum & minorem ac pauperem contra

de

ſertionem probationis in integrum reſtitui *N.O.J.d.l.*§. unb die weil v. es würde denn *in cauſis minorum, Carpzov.JP.F.p1 conſt.16.def.17.* quin & intra terminum, probationes ſuas producere legitimè impeditum poſt terminum adhuc audiri poſſe nullum eſt dubium *N. O. J. d.* §. v. in welchen *paſſu* wir es. *Carpzov. d. l. def20.* Nec refert, an probatio intra hunc terminum fuerit adimpleta, dummodo producens omnem in extrahendâ citatione adhibuerit diligentiam. *N. O. J. d.tit. in princ. ibi* und folgents nur fleißigen anhalten. Sed an additionales articulos poſt terminum probatorium offerre, alioſque teſtes nominare liceat, quæritur, ( nam de revocatione illorum ante realem productionem nullum eſt dubium, *N.O.. J.d.t* §. ebenmäßig. ) & duos video caſus, in d.N.O. determinatos eſſe, quorum prior habetur in §. dieweil/ eſtque ille, ſiquis ſimpliciter terminum probatorium prælabi patiatur, in quo,, neque additione articulorum, neque ſubſtitutione teſtium auditur; Alter, qui in §. wir laßen aber exprimitur, & eſt, cum producens ante lapſum termini articulos quosdam, & nomina teſtium offert, inſimul autem prorogationem iſtius petit, quo licentiam conſequitur articulos jam dum oblatos, immutandi, vel etiam augendi, nec non teſtes addendi. Ulteriùs porrò in quæſtione eſt, an demortuorum in locum quis alios ſubſtituere poſſit, quod concedendum putat Sereniſſimus Elector d.tit. §. würde ſichs auch ſo citra culpam producentis examen tam diu dilatum ſit. Cæterùm cum jam ad ipſam examinationem & recognitionem devenerimus, Teſtis, etiam invitus, ſub mulctâ, primum, decem Rhenanorum, poſtmodùm, ſub pœnâ duplicatâ vel triplicatâ aliaq; arbitrariâ. *N.O.J.tit.22.* ita tamen, ut viaticum illi ſub miniſtretur, *Gail.lib.1.obſ 99.n. 2.* (non verò ſacerdos ad revelationem confeſſionis cogi poteſt, *Mynſing. cent.5.obſ.41. n.4.*) examini ſubjicitur; Extraneum quod attinet, niſi ad protrahendam cauſam malitioſè fuerit denominatus ( quo in caſu producens de calumniâ jurare tenetur ) per literas compaſſus ipſius depoſitio à Judice domicilij petenda eſt, *N. O. J. tit. 23.* Inſtrumenta verò quod concernit, ſunt ea in termino recognitionis originaliter in loco Judicij producenda, niſi periculum aliquod ſubſit, aut recognoſcens ſit perſona Illuſtris, egregia, ſenio, vel morbo confecta, aut fœmina, in quorum priori caſu ad locum Archivi, ubi originalia exiſtunt, fide dignæ perſonæ; in poſteriori verò Notarius cum quibusdam de judicio ad domum mittuntur. *Berl.p.1. concl.43. n 10. & concl.44.n.3.cum ſeqq.*

De Reprobationibus

§. 4. Peractâ Actoris probatione, Reus admittitur ad reprobationem, in quâ eadem fere obtinent, quæ in probatione ipſâ, niſi quod Reus hac uti poſſit, licet de eâ non fuerit proteſtatus, *Nov. El. Aug. p. 1. conſt. 16.* ſuper ijs tantùm exceptionibus, quæ in reſponſione ſtatim fuerunt conteſtatæ, *N.O.J. tit. 21. §.* do auch der beklagte / Terminus autem currere incipit, vel quamprimùm ſe ad illam obtulerit. *N O. J. d. l. §.* jedoch wollen wir vel quàm primùm denunciatione Actoris certior factus *Berl. p. 1. concl. 39 n. 4. verſ. & hoc verum eſt*, vel citatio ad publicationem atteſtatorum Actoris, vel diſputationem ſuper recognitis Inſtrumentis inſinuata fuerit, vel denique à tempore rei judicatæ, quâ ipſi reprobatio injuncta eſt *N.O. J. d. tit. in pr. verſ.* jedoch & §. wann aber der beweis / Conſummatâ denique ab utraque parte, tam probatione unius; quam reprobatione alterius, nulla ulterior admittitur probatio, niſi inſtrumenta noviter fuerint reperta, & producens jurare velit, non ſolùm, quod eorum notitiam non habuerit; ſed & adhibitâ omni diligentiâ habere non potuerit, *Hartm. lib. 2. tit. 12. obſ. 4. n. 15. Menoch. lib. 2. arbitr. quæſt. cent. 2. caſ. 118. n. 7. Gail. 1. obſ. 145. n. 2.* cui ut obviet productus, ante præſtationem Juramenti contrarium probare poteſt. *per l. 4. §. 3. D. de in lit. Jur. Möller. p. 1. conſt. 16. n. 27.* vel, niſi peracta ante examinatio nullitatis vitio laboret, puta, ſi Judex nimium feſtinaverit, vel quosdam teſtes repulerit, aut aliàs non ritè examinaverit, *de quibus & ſimilibus caſibus tradit Berl. p. 1. concl. 40.* quin potius Teſtium depoſitiones, & factæ recognitiones à Judice, ejusque Actuario diligenter conſignantur, Rotulusq; ut dicitur, exinde conficitur, *de quo Ruig. Ruland. de commiſſ. p. 1. lib. 5. c. ult.* Tandem, præmiſſa prius citatione, utrique partium atteſtata præleguntur, ſeu publicantur.

## THESIS XII.

Atteſtationibus Teſtium publicatis partes ſi velint, binas Diſputationes alternatim proponant, & ita in causâ concludant. Quo peracto Judex ſententiam definitivam feret.

*De diſputationibus atteſtatorum.*

§. 1. Notanter dico, poſſe partes diſputationes ſuas proponere; quod ſi enim malint cauſam ſtatim cognitioni Judicis ſubjicere, non prohibentur *N O. J. tit. 29. v.* da aber die Partheyen / cum Judex nihilominus acta exquiſitè rimari, ipſeq; informationem exinde petere debe-

debeat, *Rütg. Ruland. de commiſſ. p. 1. lib. 6. c. 3. n. 2.* Aſt ſi Advocatus debitam in omnibus diligentiam impendere velit, nec in his deerit, utpote quæ non ſolùm de jure conceſſæ, *auth. ſi teſtis productus. C. de teſt. Nov. 90. c. 4. verſ. ſi vero deducens & §. illud vero in dubium eſt*, ſed & ad hoc apprimè utiles ſunt, ut merita totius causæ Judici uno quaſi intuitu ob oculos ponantur. Ut autem illa, quæ, de jure civili, circa haſce poſitiones diſputatorias notari ſolent, hac vice mittam; ſciendum eſt, de jure noſtro Saxonico, eas non minùs in cauſis, ubi per documenta literaria probatio conſummata eſt; quàm in alijs concedi, & vigore *N. O. J. t. 29.* pro formà earum requiri, ut dies factæ publicationis atteſtatorum diligenter notetur, & unicuiq; partium copia trãsmittatur, vel certus terminus accipiendi eam præfigatur à quo poſtmodum currere incipit terminus ſex ſeptimanarum, intra cujus ſpacium Reus primum productum communiter die Exception und reſpectivè Reprobation ſchrifft/ in quâ non ſolùm ſuas exceptiones & reprobationes ſalvare; ſed & adverſarij intentionem & factam probationem elidere opus habet, offerre. Actor poſtmodùm Replicam & Salvationem intra ſimile ſpacium producere, Reus mox ante lapſum tertij fatalis Duplica ſua & reſpectivè Gegen Salvation ſchrifft/ ſe defendere; Actor denique Triplicâ concludere, & quivis bina producti exẽplaria edere. In omnibus verò à nimia prolixitate, & cavillatione, ſeu ſiniſtra allegatione actorum & atteſtatorũ, abſtinere, Notariusq; cauſæ tempora inſinuationis & transmiſſionis diligenter conſignare debet. Quod ſi quis non impetratâ dilatione aliquod fatale præterlabi patiatur, ipſo jure iſto producto privatur, ſalvo remanente altero *ibidem §.* Weil aber ſolche friſt/ *in fin.*

§. 2. Diſputatis deniq; hinc inde litigatorum juribus, ampliùs nil reſtat, quàm ut Judex ſuper eo, quod coram ipſo in Judicio agitatum eſt, ſententiam ferat. Nam hæc totius proceſſus finis; ejus autem objectum res controverſa eſt, nec ſuper alio judicari poteſt, quàm quod in judicium deductum, & libello petitum fuit, *l. ut fund. D. comm. dividund. l. 2. C. de fidei comm. libert. l. non diſtinguemus § nunc de officio & §. ultimo. D. de arbit. Gail. lib. 1. obſ. 42 n. 1 & ſeqq.* Unde communis regula oritur, quod ſententia libello conformis eſſe debeat. *l. ſi. præſes 32. D. de pœn. l. de rebus 43. D. de arbit.* niſi tale quid occurrat, quod de naturâ petitorum eſt, ſiquidem, licet verbis expreſſis aliquid petitum nõ *De ſententiâ definitivâ.*

ſit;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0075-3

Vc 1878 KK

fie; ſi tamen implicitè, & quoad concluſionem involvatur, Judex in ſententiâ quantitatem ejusdem, quin exprimat, nihil vetat, *Jaſ. in §. curare 32. J. de act. n. 27. & ſeqq. Carpz. lib. 1. reſp. 70. n. 7. & lib. 3. reſp. 98. n. 21.* Cœterùm perſonas quod ſpectat, quas inter ſententia obtinet, notum equidem eſt, quod inter alios lata alteri, ne quidem cohærēdi, nec Patrono etiam ſcienti præjudicet, *Carpz. lib. 2. reſp. 104. n. 6. & ſeqq.* ſed inter ſolos litigatores jus faciat, *l. ſervo. 65. §. cum prætor. D. ad SCtum. Trebell.* aſt ſi cauſa cum legitimo cotradictore, vel defenſore, qui primas agendi partes ſuſtinet, & âquo aliorum jura dependent, agitetur, uti fit in cauſis præjudicialibus de ſtatu *l. ingenuum 25. D. de ſtat hom. l. Divi Fratres 27. §. 1. D. de liber cauſ.* Vel ubi de jure primogenituræ, aut fidei commisſi. tractatur, *l. ſi ſuſpecta 29. D. de inoffic. Teſt. l. ex contractu 44. D. de re jud.* nec non in materia litis denunciationis *per l. ſæpe 63. D. de re Jud.* tunc etiam tertio, contra quem expreſsè lata non eſt, nihilominùs præjudicare eam, nullum eſt dubium *Zang. de Except. p. 3. c. 17. n. 77.* Ultimo deniq; quod verba ipſa & eorum effectum concernit, neminem fugit, eam ſtricti Juris eſſe, pro veritate haberi, & ei ſtandū eſſe, quâ de re hora publicationis diligenter conſignanda venit, ut exinde dijudicari poſsit, an vires rei judicatæ acquiſiverit, nec ne; præter lapſo ſiquidem demum decendio eas acquirere dicitur. De qua, ut & remediorum ſuſpenſivorum, nec non quibusdam ſpecialioribus materijs hac vice omisſis, ulteriùs cum eruditis divinâ annuente gratia conferre in aliud tempus conjicio. Illi verò, à cujus invocatione initium feci, gratias humillimas juxtà & devotiſsimas ago, & ita pedem figo.

# TANTUM.

Ott. 173.
4 x 1

THE … ALES

# PR … SUS

## OR … ORO

PRA … BSER-

Ex Dec … inclytâ
… ci

*Viro Nobili* … *xcellentiſsimo,*

DN. G … SUEVO,
J.U.D. & … iæ Electora-
lis, Facult … judicij Pro-

*Præceptor* … *devenerando*
Pro ſu … otinendo

GOT … ORST/
Curiæ … Adv. Ord.
*Ad* … *dianis*

Typis … n. Typogr.

Ve 1878
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
II.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37667-p0077-4
DFG